

5. Justior videtur excusatio dicentium; Non accipimus audientiam, quam dicentium; Non accipimus perseverantiam. *De Correp. et gratia*, cap. 7.
6. Perseverantia informat meritum, colorat boni propositum, remunerat currentem, coronat pugnantem, ducit ad bravium, conducit cunctos ad portum. *Serm. 8 ad Fratres in arena*.
7. Contra diaboli insultum valet sola perseverantia, ut bono fine bona concludantur initia, ut principium medio, medium ne discrepet ultimo. *Ibid.*
8. Nihil boni dicitur, nisi usque ad mortem in bono perseveretur. *Ibid.*, serm. 34.
9. Beati hujus vite licet de sua perseverantia premio certi sint, de ipsa tamen perseverantia sua reperitur incerti. *Lib. 41 de Civit. Dei*, cap. 42.
10. Negare non possumus perseverantiam in bono proficientem usque in finem, magnum esse Dei munus. *De Correp. et gratia*, cap. 6.
11. Primus homo donum perseverantiae non habuit. *Ibid.*, cap. 10.
12. Sicut bonus qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit: sic et malus qui perseveraverit usque in finem, hic salvus non erit. *Lib. 4 de Baptismo contra Donat.*, cap. 44.
13. Non aliud oramus cum oramus, ut qui stat, stet; nisi ut perseveret. *De Correp. et grat.*, cap. 6.
14. Deus eos facit perseverare in bono, qui faciunt bonos. *Ibid.*, cap. 42.
15. Certi estote quia non erit inanis labor vester, si in bono proposito proficientes perseveretis usque in finem. *De Gratia et libero arbitrio*, cap. 23.
16. Memoria promissae mercedis perseverantem facit in opere. *Tract. 3 super Epist. Joan.*
17. Tentatio accidit, persevera usque in finem: quia tentatio non perseverat usque in finem. *Tract. 45 super Joan.*
18. Salutem Deus promisit perseverantibus in charitate, non in iniquitate. *Homil. 5 ex lin Homil.*, cap. 4.
19. Ubi sane et sanctimonie decus, et indeficientis gratiae expressa perseverantia est, ibi est sanctitudo. *Serm. 46 super Cant.*
20. Perseverantia sola meretur viribus gloriam, coronam virtutibus. *Epist. 129, ad Januenses.*
21. Prorsus absque perseverantia, nec qui pugnat victoriam, nec palmam victor consequitur. *Ibid.*
22. Perseverantia est vigor virum, virtutum consummatio, nutrix ad meritum, medietrix ad premium, soror patientiae, constantiae filia, amica pacis, amicitiarum nodus, unanimi-tatis vinculum, propugnaculum sanctitatis. *Ibid.*

S. BERNARD.

23. Tolle perseverantiam, nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. *Ibid.*
24. Perseverantia summæ honestatis estinsigne, totius probitatis unica fidaque custos. *Ibid.*
25. Si perseveraveris pulsans, non exibis inde vacuus. *De Inter. domo*, cap. 48.
26. Perseverantia singularis est filia summi regis, virtutum fructus, earumque consummatio, totius boni repositorium. *Serm. de Virt. obed.*
27. Profunda oblivione virtutes ille sepeliunt, quas perseverantia non insequitur. *Ibid.*
28. Nullum bonum sine perseverantia coronatur. *Lib. 2 Phœtræ*, cap. 43.
29. Perseverantia perficit inchoata, impetrat postulata, stabilitat acquisita. *Tit. 8 Diæta*, cap. 2.
30. Aliæ virtutes coronam merentur, sed sola perseverantia coronatur. *Tit. 9 Diæta*, cap. 2.
31. Qui perseverat, cessare nescit. *De Sex alis Cherub.*, ala 5, penna 5.
32. Perseverantia ipsa est virtutum omnium complementum, decor et gloria. *De Profess. monast.*, art. 5.
33. Quamlibet negligens, quamlibet tepidus, non in vacuum currit, qui ad palmam consummationis perseverando in bono pervenerit. *Homil. 5 ad Monachos.*
34. Hosti, quem ipsa conversione provocavimus, in medio certamine manus damus, si in fervore quo copimus, non perseveramus. *Ibid.*, homil. 8.
35. Incessum bonum agitur, si ante terminum vite deseratur: quia frustra velociter currit, qui priusquam ad metas veniat, deficit. *Lib. 4 Moral.*, cap. 21, num. 41.
36. Bene cepta cunctis diebus agenda sunt, ut cum malum pugnando repellitur, ipsa boni victoria constantiae manu teneatur. *Ibid.*
37. Virtus boni operis perseverantia est. *Homil. 25 super Evang.*
38. Non sufficit bene incipere, nisi studeat quis in bono opere perseverare. *Super septem Psalm.* *Pavit.* super *Psalm. 1*, vers. 6.
39. Habes in Sanctis perseverantiae documentum: ut si primo non exaudiris, ab oratione non delicias, immo precibus et clamoribus insistas. *Ibid.*, super *Psalm. vi*, vers. 1, super illud: *De profandis clamavi.*
40. Qui bona inchoata minime consummant, dum proposita non perficiunt, etiam que fuerant cepta convellunt. *Procec.*
41. Nec malos bona imperfecta adjuvant, nec bonos male inconsummata condemnant. *Part. 3 Pastoral.*, cap. 41, admonit. 31 et 35.

S. BONAV.

DIONYSIUS  
CARTIUS.S. FURNIUS  
EMISEN.S. GREGOR.  
MAGNUS.

3. HIERON. 42. Incipere plurimum est, perseverare paucorum. *Lib. 4 adversus Jovianum.*
43. Qui ad cupita pervenire voluerit, reflectere mentem a studio orationis non debet, sed magis perseverare in intentione cepta illum oportet. *Lib. 2 super Lamen. Hierem.*, cap. iii. super illud: *Oculus meus.*
44. Perseverantia est honorum omnium coronatrix. *Lib. 4 de Anima*, cap. 16.
45. Tria impediunt perseverantiam: levitas, remissio, pusillanimitas. *Super Math.*, cap. xxiv.
46. Omnes virtutes ante tentationem perseverantiam promittunt, sed adventante nocte tentationum saepe fugam accipiunt. *Super Marc.*, cap. xiv.
5. INNOC. III 47. Nec perseverantia piget aggredi magna, nec fatigat inchoatum. *Procec.*
48. Hæc firmat nutantem, hæc coronat pugnantem, hæc ducit ad bravium, hæc ad portum, hæc dat formam operi, regulam actioni. *De Eleemosyn.*, cap. 6.
49. Si totam vitam perseverantia non illustrat, saltem perseverantia finalis finem concludat. *De Eleemos.*, cap. 6.
50. Felix perseverantia, quæ impenitentiam excludit, obstinationem expellit, contemptum eliminat, obdurationem expugnat. *Ibid.*
51. Non potest vincere, qui nescit perseverare. *Lib. 1, homil. 4 ad Monachos.*
52. Nullum virtus habet meritum, cui perseverantia non dedit incrementum. *Lib. 2, serm. 1 ad Monachos.*
53. Non est beatus qui bonum facit, sed qui incessabiliter facit. *Lib. 1 de Synonym.*
54. Perseverantia est triumphus pugnantium, laborantium merces, charitatis indicium, virtutum palma, scala colorum, paradisi porta, meta currentium, tribulationum finis, spiritualium interemptrix ferarum, inimicorum ruina, miserorum spes, miseriarum terminus, initium vite, religionis decus, christianæ perfectionis testimonium, æternæ salutis impredeabile bravium. *De Obedient.*, cap. 26.
55. Qui cepta bona districtè non exequitur, dissolutione negligentiae manum destructivè imitatur. *Lib. 7, epist. 40, ad Gotifred. ducem.*
56. Perseverantiam faciunt expectatio premium, et penarum recordatio. *Serm. 56, de S. Andree.*
57. Felix anima, quæ vitam suam ad bonum perseverantiae finem perducere meretur, ut post multos labores corporis et dolores cordis, possit in fine dicere, quod Christus dixit in cruce, *Consummatum est*. *Serm. 30, ad Novit.*, divis. 8.
8. THOMAS 58. Grandis virtus perseverantia est, qua sola

HUGO A S.  
VICTOR.

HUGO CARD.

S. INNOC. III

DIONYSIUS  
CARTIUS.S. FURNIUS  
EMISEN.JOAN.  
TRITH.

S. ISID. HISP.

S. LAURENT.  
JUSTIN.THOMAS A  
KEMPIS.

S. THOMAS

- bene ceptis consummatio præstolatur. *Conc. 2, de Assumpt. B. M.*
59. Perseverantia boni victoria est. *Lib. 6, libell. 4, num. 21.*

## SENTENTIA PAGANORUM.

60. Persevera ut ceptisti, et quantum potes propria. *Epist. 4.*
61. Perseverandum est, et assiduo studio robur addendum, donec bona mens sit, quod bona voluntas est. *Ibid.*
62. Scito te in quibusdam debere perseverare, quia ceptisti: quædam vero nec incipere, in quibus perseverare sit noxium. *De Quatuor virt.*
- Vide etiam tit. *Bonitas*, sent. 22; *Dilatio*, sent. 55; *Firmitas*, sent. 2; *Incipere*, fere per totum; *Necessitas*, sent. 37; *Novitius*, sent. 7; *Opus*, sent. 80; *Philosophia*, sent. 94; *Premium*, sent. 60; *Propositum*, sent. 3; *Tentatio*, sent. 261; *Victoria*, sent. 72.

## PERSONA IN GENERE.

- Etymologia.* Persona dicitur, quasi per se una, vel personando, quasi per se sonans. *Super 1 Sentent.*, dist. 23, art. 1, quest. 1.
- Definitio.* Persona est substantia rationalis individua, suis proprietatibus a consubstantialibus cæteris segregata. *Super Psalm. vii. Et Hugo Card.*, super *Epist. Jacobi*, cap. ii.
- Persona est rationalis nature individua substantia. *Part. 1, lib. 4 de Trinit.*, cap. 24.

## SENTENTIA PATRUM.

1. In persona humana mixtura est animæ et corporis: in persona divina, mixtura est Dei et hominis. *Epist. 3.*
2. Una persona Deus et homo est, et utrumque est unus Christus Jesus. *Epist. 57.*
3. Sicut in homine quolibet anima et corpus, una persona est: ita in Christo Verbum et homo, una persona est. *Epist. 102.*
4. Sicut non augetur numerus personarum, cum accedit caro animæ, ut sit unus homo: sic non augetur numerus personarum, cum accedit homo Verbo, ut sit unus Christus. *Epist. 120, cap. 4.*
5. Filius hominis hærendo ad unitatem persone Filio Dei, facta est una persona: eademque Filius Dei, quæ et Filius hominis. *Tract. 19, super Joan.*
6. Una persona est Christus Deus et homo, non due: ne fides nostra non sit trinitas, sed quaternitas affirmet. *Ibid.*, tract. 27.
7. Anima et caro Christi cum Verbo Dei, una persona est, unus Christus. *Ibid.*, tract. 49.
8. Non alia Verbi, alia est hominis persona,

A  
VILLA NOV.  
IN VITIS  
PATR.

SENECA.

S. BONAV.

CASSIODOR.  
&  
HUGO CARD.RICH. A S.  
VICTOR.

S. AUGUST.

quoniam utrumque est Christus una persona. *Ibid.*, tract. 69.

GRATIANUS. 9. Cum simus omnes in Christo, nihil contrarium personarum diversitas format, ubi efficaciam prosperitatis unitas fidei representat. In *Decretis*, part. 2, causa 7, quest. 1, can. *Nihil*, § *Cum enim*.

S. GREGOR. MAGNUS. 10. Cujuslibet personæ probitas, non solum quo degit, sed per diversas provincias fama loquente cognoscitur. Lib. 1 in *Registro*, indict. 9, cap. 74, epist. 74, ad *Gaudiosum*.

11. Plurimum personarum ordinem permutat qualitas morum. Part. 3, *Pastoral.*, cap. 4, Admonit. 3.

12. Persona magna amissa humilitate placere omnipotenti Deo non valet. Lib. 2 in *I Reg.*, cap. 11; super illud. *Et magnificatus est puer Samuel*.

S. INNOC. III. 13. Sicut in Christo sunt tres substantiæ in una persona; sic in Deo tres sunt personæ in una substantia. *Prose.*

14. In tribus substantiis est aliud, sed non aliud: in tribus autem personis est aliud, sed non aliud. *Serm. 74, de Omn. Sanctis*.

S. JOANNES CHRYSOST. 15. Quando persona firmiter cognoscitur, tunc doctrina fideliter suscipitur: quoniam personæ dignitas commendat personæ doctrinam. *Hom. 4, super Mat. Oper. imperf.*

16. Malitia persona propria caret, nisi personam veritatis assumat. *Serm. de Fide et lege*.

## SENTENTIE PAGANORUM.

EPICETUS. 17. Si quam personam, quæ vires tuas superat, indueris; tum eam indecore geres, tum eam quam sustinere posses, negliges. In suo *Enchiridio*, cap. 59.

## PERSONARUM ACCEPTIO.

S. ANTONIN. *Definitio*. Acceptio personarum, est vitium quo id quod ex debito iustitie est alteri conferendum, exhibetur personæ non ob meritum ejus ad ipsam rem, sed ob conditionem ipsius non congruentem ad ipsam rem. Part. 2, tit. 4, cap. 20.

S. BERNARD. Acceptio personarum est quod non minus saepe, nec noxie minus insidiari iudicantibus solet, facies peccatorum sumens, et non prorsus iudicans causas meritum. Lib. 2, de *Consid.*, ad *Eugen. Pap.*

S. BONAV. Personarum acceptio est injustitia, qua præfertur persona personæ propter causam indebitam. Part. 1 *Centiloqui*, sect. 10. Et in *Confessionali*, cap. 1, part. 6.

DIONYSIUS CARTHUS. Acceptio personarum est, quæ aliquid alicui impenditur, seu conferitur, qui ad illud est indignus, et alteri digno subtrahitur aut negatur. Super *Epist. Jacobi*, cap. 11, art. 4.

Ille personam accipit, qui pro aliquo quod hominis est, hominem veneratur, et alius præfert. *De quest. circa epist. ad Rom.*, quest. 66, in illud: *Non est acceptio personarum Deus*.

Persona acceptio in bono est honoris debita exhibitio, servato gradu dignitatis et officii. Super *Epist. Jacobi*, cap. 11.

Personarum acceptio est vitium, quo non observatur æqualitas proportionis ratione conditionis alicujus, quæ non facit ad rem. Part. 4, in *Descript. terminor.*, cap. *Iustitia*.

Accipere personam proprie, est in aliquo negotio attendere quasi regulam ipsius negotii, conditionem personæ nihil facientem ad negotium. Super *Epist. ad Galatas*, cap. 11, lect. 2.

Acceptio personarum est inguæritas iustitiæ distributiæ, in quantum aliquid attribuitur alieni præter proportionem. 2, 2, quest. 63, art. 4.

*Differentia*. Differentiæ acceptio personarum sunt tres: una committitur in honoris exhibitione; alia in iudicii executione; alia in promotione ad dignitates. Part. 1 *Centiloqui*, sect. 10.

## SENTENTIE PATRUM.

1. Non personam alterius accipiamus in iudicio, gratia absit, causam merita decernant. *Prose.*

2. Nihil sic opinionem, imo fidem gravat, quem si in iudicando potentiori dones causam inferioris: vel pauperem innocentem arguas, divitem excuses reum culpe. Lib. 2 *Offic.*, cap. 24.

3. Contuitus regalis potentie non est habendus, ubi religionis exhibetur obsequium. Lib. 1 de *Apolo.*, *David.*, cap. 6.

4. Non sane putandum est leve esse peccatum, in personarum acceptioe habere fidem Domini nostri Jesu Christi. *Prose.*

5. Quis ferat eligi divitem ad sedem honoris Ecclesiæ, contempto paupere instructione atque sanctione? *Epist. 29, ad D. Hieronymum*.

6. Acceptio personarum ubi recte dicitur, ubi ille qui iudicat, relinquens causæ meritum de qua iudicat alteri contra alterum suffragatur: quia invenit aliquid in persona, quod honore vel miseratione sit dignum. Lib. 2, contra *Duas epist. Polagianor.*, cap. 7.

7. Admonemur personam divitis non accipere: hoc omnis homo videt, atque utinam sic omnis homo faceret. *Prose.*

8. Illud est, ubi fallitur, veluti qui vult placere Deo, si personam pauperis in iudicio accipiat, et dicat, Favi pauperi: imo si tenes utrumque, et misericordiam et iudicium, placeas Deo. Super *Psalms. 32, conc. 4*.

9. Nulla iustitia, nulla laus, sed omnis pervertitas et personarum acceptio regnat. *Serm. 47 ad Fratres in eremo*.

HUGO A S. VICTOR.

HUGO CARD.

JOAN. GRES.

S. THOMAS AQUINAS.

S. BONAV.

S. AMBROS.

S. AUGUST.

10. Absit ut in tabernaculo tuo præ pauperibus accipiantur personæ divitum, aut præ ignobilibus nobiles. Lib. 8 *Conf.*, cap. 4.

11. Deus sine acceptioe personarum bene faciendum omnibus intimavit. Lib. 2, contra *Advers. legis*, cap. 11.

12. Nulla est acceptio personarum in duobus debitoribus æqualiter reis, si alteri dimittitur, ab altero exigitur, quod pariter ac utroque debetur. Lib. 2 ad *Bonifac.*, cap. 7.

13. Deus nec fato premitur, nec personarum acceptioe corrumpitur. Lib. 6, contra *Julian.*, cap. 10.

14. In seculo magni laboris est non personaliter iudicare: quis est qui non iudicat personaliter? qui æqualiter diligit: dilectio æqualis facti non accipitur personæ; nam cum homines pro suis gradibus honoramus, tunc timendum est ne personam accipiamus. *Tract. 30, super Joan.*

15. Persona ubi minime accipitur, defertur meliori, non nobiliori. *Serm. ad Milites Templi*, cap. 4.

16. Apud justum plus valet pauperis precatio, quam potentis vultus. *Epist. 43, ad Honorium Pap.*

17. Contra iustitiam, ne amicum quidem respicere fas est. *Epist. 15, ad Haymericum Cancellar.*

18. Non parvi te reum peccati existimes, si facies peccatorum sumis, et non potius causas iudicas meritum. Lib. 2 de *Consid.*, ad *Eugen. Pap.*

19. Omnis hominis institutio est, justum rationis, ac discretionis habere iudicium, nec alicuius in iudicio accipere personam. *De Vita solit.*

20. Sive inops, sive dives fuerit quis, non personam attendamus, sed res scrutemur. Lib. 3, *Pharetra*, cap. 39.

21. Personam accipere non potest humana indulgentia, ubi legem tribuit divina præscriptio. *Epist. 68, ad Clerum*, cap. 4.

22. Cum bona spiritalia sint corporalibus potiora, personarum acceptio in eis tanto vitiosior comprobatur, quanto huiusmodi bona sunt digniora, super *Epist. Jacobi*, cap. 11, art. 4.

23. Personarum acceptio amplius locum habet in exhibitione honoris; ideoque virtutibus præditi et sapientes sunt honorandi. *Ibid.*

24. Personarum acceptio opponitur iustitiæ distributiæ, quæ diversis personis tribuit, secundum dignitatem ipsarum et merita. Super *Acta Apostol.*, cap. 10, art. 10.

25. Quicumque divitem propter divitias eligit, et pauperem propter paupertatem abicit, utrobique peccat. Super illud *Jacobi* 11: *Nolite in personarum acceptioe habere fidem*.

26. Si hanc distantiam sedendi et standi ad

honores ecclesiasticos referamus, non est putandum leve esse peccatum in personarum acceptioe habere fidem Domini gloriæ. *Ibid.*, super illud: *Tuista illie, ad sede*.

27. Cum non intuemur quid homo sit, sed quid possit, in acceptioe personarum, non ex personis, sed ex rebus adjacentibus ducimur. Lib. 25 *Moral.*, cap. 1.

28. Nullum pro personali amore defendimus, sed auctore Deo normam iustitiæ, postposita cuiuslibet personæ acceptioe, custodimus. Lib. 2, in *Registro*, indict. 10, cap. 14, epist. 14, ad *Natalem epist. Salonitarum*.

29. Juvenes qui promoventur, super omnia personas in iudicio non accipiant, sed iusta æquitalis lance cuncta disponent. Lib. 4, in *I Reg.*, cap. 4.

30. In acceptioe personarum ardor avaritiæ causa est accipiendorum munerum; et acceptio munerum, causa est pervertendi iudicii. *Ibid.*, super illud: *Declinaverunt post avaritiam*.

31. In ecclesiastica censura etiam non est acceptio personarum, et tamen discretio meritum. *Ibid.*, lib. 5, cap. 4, super illud: *Qui fecit salutem hanc*.

32. Non cuiusquam personæ gratia, non favor, non blandimenta, quemquam emolliat, vel a tramite veritatis exeat. Lib. 10 in *Registro*, indict. 5, cap. 37, epist. 37.

33. Personam pauperis non accipias in iudicio, ne sub prætextu misericordiæ, quod iniustum est, iudices. *Prose.*

34. Unusquisque non hominum, sed rerum pondere iudicandus est: nec diviti obsunt opes, si eis bene utatur: nec pauperem egestas commendabiliorum facit: si inter sordes et inopiam peccata non caveat. *Epist. 9, ad Salvinum*.

35. Memor sis tribunalis Domini, et de iudicio tuo te intelligens iudicandum, nec mihi, nec adversario faveas, neve personas, sed causam consideres. *Epist. 45, ad Pammach.*, et *Oceanum*.

36. Nec bonis adversariorum, si honestum quid habuerint, detrahendum est: nec amicorum laudanda sunt vitia, et unumquodque non personarum, sed rerum pondere iudicandum est. *Epist. 49, ad Pammach.*, et *Oceanum*.

37. Inter omnia peccata sacerdotum, illud ultimum et maximum ponitur, quod non causas, sed personas considerent, iustumque pauperem despiciant, iniquos divites suscipiant et honorant. Super *Malach.*, cap. 11, super illud: *Sicut non servatis vias meas*.

38. Equum iudicium est, ubi non persona, sed opera considerantur. Hab. apud *Bedam*, in suis *Scientiis*, cap. 58.

S. CECOR. MAGNUS.

S. HIERON.

GROS. INT.

GROS. ORD.

- S. IONATIUS MART. 39. Nemo secundum carnem spectet proximum, sed in Christo Jesu. Epist. 6 ad *Magnesianos*.
- S. JOANNES CHRYSOST. 40. Respectum personarum nescit spiritualis doctrina. Hom. 13 super *Gen.*
41. Acceptor personarum non facit differentiam gratiarum. Hom. 53 super *Math. Oper. perf.*
42. Nihil ibi personarum diversitas valet, ubi dignitas par est. Hom. 39 super I *Cor.*
43. Deus noster discrimen personarum ignorat, sed voluntatis examinatore mentem et intentionem coronat. Hom. 18 super *Gen.*
- JOAN. TRITH. 44. Ubi personarum acceptio est, ibi iustitia esse non poterit. In cap. 2, *Regule S. Bened.*, verbo *Hinc*.
45. Acceptio personarum non tantum in honore largitione, vel iudiciorum prolatione, sed etiam in honorum exhibitione est: non divitiarum, non potentia, sed virtus honorabiles reddit. *Ibid.*
- S. ISID. HISP. 46. Non est persona in iudicio observanda, sed causa: qui enim consanguinitatis, vel amicitiae favore, sive inimicitiarum odio iudicium pervertunt, sine dubio in Christum, qui est veritas et iustitia, peccare noscuntur. *Prosec.*
47. Iniqui iudices errant in veritate sententia, dum intendunt in qualitate persone, et exulcerant sepe justos, dum improbe defendunt iniquos.
48. Qui autem recte prassidere studet in iudicio, nec partem palpate novit, nec cobibere iustitia didicit. Lib. 3 de *Sum. bono*, cap. 53.
49. Nullum contra veritatem defendas: dum iudicas, nullius persone affectu deflectaris a vero: pampar an dives sit, causam perspicie, non personam. Lib. 2 de *Synon.*, cap. 16.
- PETRUS BLESENS. 50. In executione iustitie, non debet esse personarum acceptio. Epist. 22, ad *Magistr. Joannem*.
- ROBERTUS BELLARMIN. 51. Sumere faciem alicujus in iudicio, nihil est aliud, nisi talem sententiam ferre, non qualem iustitia exigit, sed qualem requirit amicus vel alius. Super *Psal.* lxxxi, vers. 2.
- Vide etiam tit. *Debitum*, sent. 14; *Electio*, sent. 5; *Fortuna*, sent. 20; *Honor*, sent. 13; *Monialis*, sent. 64; *Parentes*, sent. 67; *Pastor*, sent. 76; *Prelatio*, sent. 98, 99; *Res*, sent. 10; *Sententia*, sent. 4.

## PERVERSITAS.

- S. HIERON. *Definitio*. Perversus non dicitur, nisi qui depravatus a recto est. Super *Ecclesiasten*, cap. 1, in illud: *Perversum non poterit adornari*. Perversi dicuntur, qui de rectitudine declinant ad perversitatem: ut diabolus, et Judas, et heretici, et omnes superbi. Super *Psal.* xvii, vers. 29: *Et cum perverso perverseris*.
- HUGO CARD. *Differentia*. Pravitas ad intellectum, perversitas

ad affectum referenda est. Super *Prov.*, cap. viii.

*Comparatio*. Sicut nitrum aspersum aceto crepitat, ita cor perversum aqua sapientia salutaris aspersum, id est quantumcumque suavi correctione tactum, ebullit irascendo, et crepitat murmurando. Super *Proverb.*, cap. xv.

## SENTENTIE PATRUM.

1. Tanta est aliquando perversitas, ut nec corripere possit. Super *Psal.* xxx, conc. 2, vers. 11.
2. Si quid recti in perversis invenerimus, eorum perversitate correcti, illud quod rectum est minime violamus. De *unico Baptismo*, cap. 5.
3. Quia a bono aversi sumus, perversi sumus. Lib. 4 *Conf.*, cap. 16.
4. Perversi quod faciunt bene, volunt sibi tribuere: si male faciunt, Deum volunt accusare. Tract. 8 super *Epist. Joan.*
5. Qui recte facere nolunt, desinant saltem docere perversa. De *Opere monachorum*, cap. 33.
6. Vir perversus annuit oculo, terit pede, digito loquitur, et ex insolenti corporis motu recens anime morbus deprehenditur. De *Duodecim grad. humilit.*, verbo *Primus*.
7. Omnium flagellorum causa, est vita perversa. Super *Lament. Hieron.*, cap. v.
8. Diabolus non decipit, nec capit nisi perversos. Super *Luc.*, cap. xxii, in illud: *Satanas expetiviro*.
9. O! quot sunt hodie in mundo perversi, qui cum perficere sua mala vota non valeant, alios perversos associant, ut sic quod cupiunt, ad complementum adducant. Serm. 10, de *SS. Apost.*
10. Cum Dei oblivisceris, tum demum cogitas perversa, et iniqua perficis. *Cateches.* 2.
11. Qui potest obviare et perturbare perversos, et non facit, nihil est aliud quam favere impietati eorum. Hab. apud *Oratian.*, in *Decretis*, part. 2, causa 23, quest. 3, can. *Qui*.
12. Periculosissimum est congregationi sustinere perversum, quia congregationem contaminat, inficit, et seducit. Super *Epist. I ad Cor.*, cap. 5, art. 5.
13. Perversi similitum societate gaudent. Super *Genes.*, cap. 21.
14. Qui perversus est, neque hoc potest videre quod est. Lib. 24 *Moral.*, cap. 6.
15. Locus perversorum, est temporalis vite delectatio, et carnis voluptas. *Ibid.*, lib. 18, cap. 12, num. 12.
16. Cum infirmus quisque perversos florere conspiciat, hunc in perversitatis pelagus unda miserarum imitationis mergit. *Ibid.*, lib. 20, cap. 19, num. 21.

HUGO CARD.

S. AUGUST.

S. HIERON.

HUGO A. S. VICTORE.

JOAN. CASS.

TERTULL.

S. BERNARD.

S. THOMAS AQUINAS.

THOMAS A. KEMPIS.

S. DONAT.

S. CYRILLUS HIEROSOL.

S. DAMASCUS PAP.

DIONYSIUS CARTUS.

GLOSS. INT.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. AUGUST.

17. Qui a perversitatis opere ex timore perstringitur, perversa libenter ageret, si liceret. *Ibid.*, lib. 9, cap. 22.
18. Gravis est iniquitas quando is qui perversus est, ostendere alios perversos molitur; ut inde ipse quasi sanctus appareat, quod alios sanctos non esse docuerit. *Ibid.*, lib. 12, cap. 25, super illud *Job. xv*: *Peperit iniquitatem*.
19. Quidquid pervertitur atque curvatur, de recto torquetur in pravum. Lib. 16 super *Isaiam*, cap. lxx, super illud: *Opera eorum opera inutilia*.
20. Perversis perversa sunt omnia. Lib. 1 *Miscellan.*, codic. 1, tit. 40.
21. Perversos quoque sanctorum virorum numero insertos latitare non miremur, quia dum in hujus seculi arena conculcamur atque conterimur, necesse est etiam paleas igni perpetuo deputandas, inter electissimas frumenta misceri. Collat. 18, *Abbat. Piammonis*, cap. 16.
22. Perversa sunt omnia, quae a Deo non sunt. De *Cultu Ferninar.*, cap. 1.
23. Deus non est causa ejus quod homo sit deterior, sed per execrationem et obdurationem fit homo deterior. 1, 2, quest. 79, art. 2.
24. Quem Deus adjuvare voluerit, nullus perversitas nocere poterit. Lib. 2 de *Imit. Chr.*, cap. 2.
- Vide etiam tit. *Correctio*, sent. 57; *Differentia*, sent. 29; *Error*, sent. 67; *Imitatio*, sent. 34; *Locus*, sent. 20; *Mors*, sent. 79.
- PETITIO.
- COLLECTOR. *Etymologia*. Petitio dicitur, quasi pectoris itio.
- SENTENTIE PATRUM.
- S. AMBROS. 1. Cum impetraveris quod petisti, ingrati est tardare promissum. Lib. 1 de *Cain et Abel*, cap. 7.
2. Disce, christiane, rogare quod cupias impetrare: fastidiosos viros celestium profectus munerum non sequuntur. Lib. 4 super *Luc.*, cap. iv, in illud: *Nemo eorum mundatus est*.
3. Non quid petas, sed a quo postules influendum est, nec majoribus intento animo pules minoribus ostrependum. *Ibid.*, lib. 7, cap. 12, in illud: *Magister, dic fratri meo*, etc.
4. Nihil prodest nobis clementiam Dei verbis implorare, et operibus irritare. Super *Apocal.*, cap. 8.
5. Pudeat petere, quae non pudet cupere: aut si et hoc pudet, sed cupiditas vincit, quanto melius hoc petitur, ut etiam ab ipso cupiditatis malo liberet, cui dicimus, *Libera nos a malo*? Epist. 121, ad *Proban.*, cap. 12.
6. Non vocem, sed affectum audit Deus. De *Catech. rudib.*, cap. 9.
7. Ingenuus animus nihil magis erubescendum estimat, quam rogare. De *Amicitia*, cap. 25.
8. Quare Deus petere nos et querere et pulsare compellit, qui novit quid nobis necessarium sit, priusquam petamus ab eo, nisi ut intelligamus quod velit exerceri in orationibus desiderium nostrum, quod possumus, capere quod preparat dare. Epist. 121, ad *Proban.*, cap. 8.
9. Ager petit multa a medico, non dat medicus: non exaudit ad voluntatem, ut exaudiat ad sanitatem. Super *Psal.* lxxxv, vers. 4.
10. Avertit Deus ab orantibus faciem, non exaudiendo ad id quod volumus, quando sibi nesciunt expedire quod petunt. Super *Psal.* lxxxiii.
11. Impius quilibet et infelix anima rogare Deum nescit, et vult se rogari ab hominibus. *Prosec.*
12. Quis potens et timidus et superbus in terra qui dignetur humiliter rogare Deum? Super *Psal.* ciii, conc. 4, vers. 33.
13. Juris forensis est, ut qui in precibus mendicatus fuerit, non illi prosit quod impetravit. Tract. 7 super *Evang. Joan.*, de cap. 1.
14. Male usus eo quod vult accipere, Deo potius miserante non accipit: proinde si hoc ab illo petitur unde homo laedatur exaudit, magis metuendum est, ne quod posset non dare propitius, detiratus. *Ibid.*, tract. 73, de cap. 44.
15. Audi, Deus meus, audi quae peto: et da ut petam quod audias. In *Medit.*, cap. 36.
16. Consideret unusquisque qualis debet esse qui petit, qui petat, pro quo petat, et a quo petat. Serm. 12, ad *Frates in eremo*.
17. Longior est petitio, quam impetratio. Lib. 12, *Conf.*, cap. 1.
18. Satis est minus quemque habere quod a Deo petat, quam plus habere quod sibi tribuat. Epist. 89, quest. 2.
19. Si non bona Deus quibusdam petentibus concederet, non ad eum ista pertinere dicemus: item si omnibus ea petentibus daret, non nisi propter talia servendum illi esse arbitramur. Lib. 1, de *Civili Dei*, cap. 8.
20. Dei est volentibus et petentibus donare quod honum est. Contra *Ep. Manich.*, cap. 1.
21. Ut homines petant Deus providenter instruit, et petentes clementer exaudit. Lib. 4, ad *Bonifacium*, cap. 12.
22. Ideo jubet Deus aliqua quae non possumus, ut noverimus quae ab illo petere debeamus. De *grat. et lib. arb.*, cap. 16.
23. Magis valet petentis affectus, quam petitionis locus. De *Eccles. unit.*, cap. 19.
24. Si Deus non dat ad horam, exeret quae

rentem, non contemnit petentem. Tract. 20, super *Joan.*

25. Differitur quod petimus, non negatur. *Ibid.*, tract. 73.

26. Simul petamus, quando bene petimus, ut non faciat Deus quod non bene petimus. *Ibid.*

27. Nobis aliquando subrepat, ut hoc petamus quod nobis non expedirenescimus. *Ibid.*, tract. 81.

28. Tua oratione admonitus peto, quaero, et pulso. *Lib. Medit.*, cap. 39.

29. Illud da mihi petere quod te audire delectet, et mihi expediat: audi quae peto, et da ut quod peto exaudias. *Lib. Meditationum*, cap. 40.

30. Da quod nosti tibi placere, et mihi prodesse. *Ibid.*, cap. 36.

31. Mali quidquid petunt a Deo, in luxuriis suis, et conviviis volunt consumere: et tunc putant quod bonus sit Deus, quando illis praestat, unde corrumpantur. *Homil. 8, ex Quingag. Homil.*

S. BASILIUS  
MAGNUS. 32. Discas nunquam desperare, ut tibi petieris et non acciperis, non desistas petere donec accipias. In *Constit.*, cap. 1.

V. BEDA. 33. Nil petas quod negaturus es. In suis *Prov.*, verbo *Vit.*

S. BERNARD. 34. Fiduaciliter postulare potest homo, tantum caveat ne forte aut postulet non postulanda aut minus postulet quae a Deo sunt postulanda. *Serm. de Quatuor modis orandi.*

35. Considerare debet is, qui orat, et qui petit, et ipsum quem petit, et se ipsum qui petit. In suis *Sent.*, cap. *Diximus.*

36. Libere petitur quod in potestate potentis accipere est. *Serm. 76, super Cant.*

37. Blanditur potentis favor, et petitionis terret exactio. Dat ausum ipsius dignitatis dignanter indigna familiaritas, et excusat praesumptionem auctoritas imperantis. *Epist. 42, ad Henricum Senon. archiepisc.*

38. Semper consideretur non a quo, sed quid petatur. *Epist. 341, ad Eugen. Pap.*

39. Inignus benedictioni celesti convincitur, qui dubio quaerit affectu, duplici petit intentione. In *Declamat.*

S. BONAV. 40. Petitionis congruitas in tribus est, videlicet ut congrua congrua congrue, dignus digna dignae petat. *Serm. 3, in Rogat.*

41. Dominus non cessat dare, si tu non cesses petere. *Ibid.*, serm. 4.

42. Futura non sapis, neque gaudia concupiscis, si non quotidie postulas ea cum lacrymis. *Serm. 1, Dom. 9, post Pentec.*

43. Erubescat humana pigritia, plus vult Deus dare, quam audeat homo postulare. In *Soliloq.*, cap. 2.

44. Quis in causa sua amplius petere potest, quam iste qui pro inimicis suis acerrimis postulavit? Super *Psaln.* vi, vers. ultimum.

45. Ille tantum clamet ad Dominum, qui eum talia petit, qualia se daturum fidelibus pollicetur. *Prosecc.*

46. Nam qui eum pro rebus transitoris rogat, non ad Dominum clamare cognoscitur, quamvis ipsum petere videatur.

47. Sed quid expeteret non designat Propheta, merito, quia non est illi necessarium dicere quod praestet, qui solus novit largiri quod expedit. Super *Psaln.* lxxvi, vers. 4. *Ad Dominum clamavi.*

48. Semper supplicare non decet: petamus et aetate florida, petamus et in juventute positi, petamus et oecidua senectute perducti. Super *Psaln.* lxxxv, vers. 3.

49. Illud desiderio inardescere semper exquiratur, quod venire magnis precibus postulatur. Super *Psaln.* cxviii, vers. *Et Exquiram eam semper.*

50. Potenti nunquam debet esse fastidium, ubi largitas donatoris non potest habere defectum. Super *Psaln.* cxviii, vers. *Fac cum seruo tuo, etc.*

51. Iustum est, ut iugiter rogetur, qui si non petatur, offenditur. *Ibid.*

52. Licet peti nimia supplicatione, quod summum est. Super *Psaln.* cxxvii.

53. Magna quaeris, et parva non expendis. *Cateches.* 3.

54. Petamus orando, quaeramus laborando, pulsemus desiderando, pulsemus proficiendo, pulsemus perseverando. *Homil. 3, ad Monachos.*

55. Si pater filium uno expulerit ostio, alio sibi reintrandum est. In suis *opusc.* colloquio primo.

56. Non solum quod petimus, immo etiam quae humana fragilitas aut nescit, aut non praesumit petere, gratuito munere largitur Deus. Super *III, Reg.*, cap. 10.

57. Quod charitas unanimiter petitur, cito impetratur. Super *Judith.*, cap. iv.

58. Qui caelestia petit, torqueri se dicit, dum de imis agere cogitur. Super illud *Job xvii, Torquentes cor meum.*

59. Tunc quisque quod recte petit adipiscitur, cum ejus animus non in petitione odio inimici fuscatur. Super *Hierem.*, cap. 45.

60. Nullus ex his, qui mundana petunt, ac animabus damnosa, in nomine Christi petit. Super illud *Joan. xvi: Si quid petieritis, etc.*

61. Non statim Deus facit, quidquid ad salutem oratur: nec ideo negat, quia differt; sed tempore suo, id est, congruo praestat. Super illud *ad Galat. vi, Tempore enim suo.*

CASSIODOR.

S. GREGOR.  
MAGNUS.

62. Saepe homines dum bona temporalia postulant, aeterna praemia non requirunt: petunt quod adjuvat, et illud non desiderant tibi adjuvatur. *Lib. 15, Moral.*, cap. 27.

63. Vera postulatio non in oris est vocibus, sed in cordis cogitationibus. *Prosecc.*

64. Valentiores enim voces apud secretissimas aures Dei non faciunt verba, sed desideria. *Ibid.*, lib. 22, cap. 13, num. 18, super illud *Job xxxi: Ut desiderium meum audiat.*

65. Saepe petitio eo perficitur, quo differitur. *Ibid.*, lib. 26, cap. 15.

66. Plus concupiscentia, quam necessitas petit. *Homil. 19, super Ezech.*

67. Tunc quisque quod recta petit adipiscitur, cum ejus animus in petitione nec inimici odio fuscatur. *Homil. 27, super Evang.*

68. Sicut petitio poscentibus nullus est tribuendus effectus, ita legitima desiderantium non differenda petitio. *Lib. 5, in Registro*, indic. 14, cap. 104, epist. 1 ad Martinianum episcopum Ravennae.

69. Ubi veritas cum ratione concordat, desideria potentis implere non minus justum est, quam benignum. *Ibid.*, lib. 9, indic. 3, cap. 22, epist. 22, de *Probo abbate monasterii S. Andrea.*

70. Citius ad preceem Iudex flecitur, si a pravitae sua petitior corrigatur. *Ibid.*, lib. 11, indic. 6, cap. 2, epist. 2, serm. ad *Populum.*

71. Effectum iusta postulantibus indulgere, et vigor aequalitatis, et ordo exigit rationis. *Ibid.*, cap. 5, epist. 5, ad *Adeodatum.*

72. Ea quae ingrata esse hominibus in precibus importunitas solet, iudicis veritatis placet. *Ibid.*, cap. 2, epist. 2.

73. Sicut rationi contraria procul est abicienda petitio, ita in his quae bene desiderantur non convenit negare. *Ibid.*, cap. 58, epist. 58, ad *Joan. episc. Panormi.*

74. Petamus orando, quaeramus legendo, pulsemus operando. *Ibid.*, lib. 6, indic. 15, cap. 197, epist. 33.

75. Implenda sunt semper postulantium desideria, quoties illa poscuntur, quae a ratione non deviant. *Ibid.*, lib. 11, ind. 6, cap. 49, epist. 49, ad *Joan. episc. Panormi.*

76. Cum eo a quo aliquid postulatur metiendum est postulat, atque absurdum est a parvo magna postulare, et a magno parva. Et hab. apud *D. Joan. Damasc.*, lib. 2, *Parall.*, cap. 62.

77. Supplicem admittite, cui calamitas opitulatur. *Ibid.*

78. Vult Deus nos importunos esse in petendo,

S. CYRILLUS  
HIEROSOL.S. EUSEBIUS  
EMISEN.S. FRANCIS  
ASSISIENSIS.

GLOSS. ORD.

GLOSS. INT.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR.  
MAGNUS.

RAYMO.

ut sua gratuita dona, nostra sint merita. *Serm. 2, Fer. 2, Litaniar.*

79. Nihil omnino amico poscenti dare, amicitiae dissimulatio est. *Epist. 12, ad Gaudentium.*

80. Nihil illum credi posse, qui quod iudicari posse, non possit. *Epist. 7, de Viro perfecto.*

81. Importunitatis non vereamur offensam; quia haec apud Dominum importunitas opportuna est. *Prosecc.*

82. Acceptor enim est illi importuna deprecatio, quam secunda presumptio.

83. Plus meretur, qui sollicitus orat instanter, quam qui confidens dissimulat negligenter. *Homil. super Evang. Matth.*

84. Cum oras, quem petas potius, quam quid petas cogites: et ipse quem petis, quidquid tibi petendum fuerat, providebit. Super *Psaln.* xxxviii, cap. 45.

85. Omnis qui petit quod petendum est, quomodo petendum est, semper exaudiri ad utilitatem. In *Annot. super Epistolam ad Romanos*, in illud: *Quid oremus, sicut oportet, etc.*

86. Qui obsequium praestare nescit, injuste petit, immo etiam in odium cadit. *Lib. 1, Contemplat. de Amore Dei*, cap. 2.

87. Quam prudens, modestus, ac diligens est in petendo, qui ea petit, quae licent, quae decant, et quae expediunt, iusta, honesta, et necessaria: Super *Psaln.* i, vers. 10.

88. Nihil caducum vult a se, nihil vile, nihil temporale aeternitatem Conditor implorari. *Prosecc.*

89. Itaque magnificentiae ejus, ac immensitatis maximum irrogabit injuriam, quisquis sempternis petitionibus praetermissis, transitorium aliquid et caducum ab eo maluerit postulare. *Colat. 9, abbat. Isaac*, cap. 24.

90. Talia petite, qualia a Deo petere convenit, ut et petitio obineatis. *Homil. 30.*

91. Sive consequatur quod petimus, sive non, perseveremus semper: et non solum gratias agamus, si exaudiamur, sed etiam si repulsam passi fuerimus. *Ibid.*

92. Non est aegre ferendum, si differatur quod petimus; quia magis scit Deus quid nobis prosit, quam ipsi nos: et cum aliquid denegat, non minus est quam si concessisset. *Ibid.*

93. Nihil temporale a Deo petendum: indignum valde est a tam liberali et tanta virtute praestanti hujusmodi petere, quae in praesenti vita dissolvuntur, et magnam vicissitudinem experimur. *Ibid.*, *homil. 54.*

94. Habe fiduciam, Christiane, ut petas: petas quod desideras, ut accipias, Deus tibi petendi fiduciam tribuit, et voluntatem dandi se habere ostendit. *Serm. de Moys.*

S. HIERON.

RICH. A S.  
VICTORE.

IDIOTA.

S. INNOC. III.

JOAN. CASS.

S. JOANNES  
CHRYSOST.

95. Omnis qui petit, sive iustus sit, sive peccator, tantum petere non debet; cum constet neminem sperni, nisi qui petere dubitaverit. Homil. 18, super *Mattii. Oper. imperf.*

96. Si que non expeditis petis, non tibi prestat Dens (etiamsi petas) quia pater benignus est: alioqui si prestat nociva petenti, non est pater, sed inimicus. *Ibid.*

97. Petentis negligentia reprehenditur, ubi de dantis misericordia non dubitatur. *Ibid.*, homil. 35.

98. Finit postulati, acceptio deprecantis est. Homil. 16, ex *Divers.*

99. Ne recedas a Deo quousque accipias quod petisti: tunc cessa clamare quando acceperis; imo magis nec tunc cesses, sed persevera agens gratias pro eo quod accepisti, ut perseveret tibi quod acceperis. *Ibid.*

100. Confidentia securas emittit preces, nec iuste petitionis repulsam veretur apud amicum, qui ad illius semper est accinctus obsequium. Epist. 204.

101. Hanc inter amicos ratio prestat legem, ut ab invicem nominis honesta petantur: et si inhonestas petita fuerint, non admittantur. *Prose.*

102. Ubi autem amici petitionibus honestas suffragatur, et eas admittendi facultas suppetit, admittendus est sine difficultate consensus, et adimpletio voti, si potest fieri, pravenienda est molestia exigendi. *Ibid.*, epist. 249, ad *Robertum Archidia.*

103. Petendi inest nobis facultas, sed petitionum effectus desuper expectandi sunt. *De casto conviv.*, cap. 22.

104. Dum ex infirmitate humana postulas a Deo que utilia non sunt, absit ut donet que petis. In *Canon. vite spirit.*, cap. 47.

105. Ne petas a Deo dulcia, sed sola tibi salutaria: illa enim rogatus non donat: quod si ea acceperis, noxamentum tibi afferunt. *Paranes.* 118.

106. Audiat petentem, qui petens optat audiri: auditum Dei aperit sibi, qui suum supplicanti non claudit auditum. *Serm.* 43.

107. Improbus petitor est, qui quod aliis negat, sibi postulat. *Ibid.*

108. Cum petit anima, mens pulsat, querit sensus, sperat pietas, fides exigit, moretur intentio. *Ibid.*, *serm.* 96.

109. Salva reverentia, a Deo que digna sunt postulentur. *Prose.*

110. Qui enim mala a Deo postulat, Deum mali iudicat et sentit nocentem: et qui vilia et indigna precatur, prestantis potestatem degenerat petitor ignorat.

JOAN. SAR.

S. LAUFENT. JUSTIN.

LEUCOVICUS BLOSUS.

S. NILUS ABB. MART.

S. PETERS CHA YCOL.

111. Non ergo impia, sed pia: non terrena, sed celestia: non illecebris, sed virtuti congrua: non digna odii, sed apta concordie, a tali semper exoranda sunt largitore. *Ibid.*, *serm.* 132.

112. Deus cum male aliquid poscitur, dando irascitur, non dando miseretur. Apud. D. Augustin., *sent.* 252.

113. Fortissimum petentibus adjumentum, fides est. Lib. 4 de *Gubern. Dei.*

114. Quid irreligiosius quam petere aliquid in injuriam Dei? aut quid stultius, quam quid petas non considerare? *Ibid.*, lib. 6.

115. Noli ingenia postulare, ne duorum alterum contingat: ut sive obtinueris, molestiam facias: sive non obtinueris, molestiam capias. Epist. 64, ad *Joan.*

116. Scire quid sit petendum, difficillimum est, cum difficillimum sit scire quid sit desiderandum. *Prose.*

117. Ea enim que licite petuntur in oratione, licite desiderantur. Opus. 7, super *Pater noster*, petit. 1.

118. Pete, non quod tibi est delectabile et commodum, sed quod mihi est acceptabile et honorificum: petent alii et accipient, tu petes nec impetrabis. Lib. 3 de *Imit. Chr.*, cap. 49, sect. 3 et 4.

SENTENTIE PAGANORUM.

119. Quod iustum est petito, vel quod videatur honestum: Nam stultum est petere id, quod possit juste negari. Lib. 1 *Distichor.*, metr. 60.

120. Grave est homini pudenti petere aliquid magnum ab eo, de quo se bene merium putet. Lib. 2, epist. 6, ad *Carionem.*

121. Frustra rogatur qui misereri non potest. In suis *Scat.*, *sent.* 124.

122. Genus est rogandi, rogare non posse. Lib. 5, *Controv.*, *controv.* 33.

123. Mala pro bonis petenti, periculosum est assuqui. *De beata vita*, cap. 14.

124. Exorari in perniciem rogantium, salva bonitas est: rogantibus pestifera largiri, blandum et affabile odium est. Lib. 2 de *Benef.*, cap. 14.

125. Audaacter roga Deum, nihil illum de alieno rogaturus, roga bonam mentem, bonam valetudinem animi, deinde corporis. Epist. 10.

126. Nihil petas, quod negaturus fuisti: nihil negabis, quod petiturus fuisti. *De Moribus.*

127. Nulli suadenti acquiescas petere quod non est bonum. *Sent.* 83.

128. Hec posece a Deo, que dignum est prestare Deum. *Ibid.*, *sent.* 114.

129. Ea pete a Deo, que accipere ab homine non potes. *Ibid.*, *sent.* 116.

S. PROSPER.

SALVIAN.

S. SYNERUS EPISCOPUS.

S. THOMAS AQUINAS.

THOMAS A KEMPIS.

CATO POET.

CICERO.

MEMUS PUB.

SENECA.

SIXTUS PHILOSOPH.

VALERIUS MAXIMUS.

S. ANTON.

V. REDA.

HUGO A S. VICTOR.

HUGO A S. VICTOR & S. ISIDORUS HISPALENS.

HUGO A S. VICTOR.

S. ISID. HISP.

S. NILUS.

PIATO.

S. ANTONIN.

S. AUGUST.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

130. Nos plerumque id vobis expetimus, quod non impetrasse melius foret. *Prose.*

131. O deterrissimis tenebris involuta mortalium mens! in quem late patentem errorem cecae precesiones tuas spargis? divitiis petis, quae multis exitio fuerunt.

132. Honores concupiscis, qui plures pessumderunt: regna tecum ipsa volvis, quorum exitus saepenumero miserabiles cernuntur.

133. Desine igitur stulta futuris malorum tuorum causis, quasi felicissimis rebus per petitiones tuas inhiare: sed te totum celestium arbitrio permitte. Lib. 7, *Dictor. memorabil.*, cap. 2.

Vide etiam tit. *Angelus*, *sent.* 49; *Beneficium Dei*, *sent.* 26; *Desiderium*, *sent.* 44; *Dilatio*, *sent.* 16, 17, 36, 55; *Eleemosyna*, *sent.* 308; *Excusare*, *sent.* 21, 90, 32, 45, 52, 59, 80, 85, 117, 119, 127; *Jens*, *sent.* 97; *Judicium extremum*, *sent.* 141; *Mendicitas*, *sent.* 42; *Relinquere*, *sent.* 114; *Temporale*, *sent.* 34; *Voluntas propria*, *sent.* 63.

PHILOSOPHIA.

*Definitio* Philosophia est divinarum, humanarum que rerum cognitio, seu creaturarum Creatoris que utilis inquisitio. Part. 4, tit. 44, cap. 4, § 1.

Philosophia est eorum que sunt et non videntur, et eorum que sunt et videntur vera comprehensio. Lib. 1 de *Elementis.*

Philosophia est amor sapientiae, que nullius indigens, vivax mens, et sola rerum primaeva ratio est. Lib. 2, *Didascal.*, cap. 1.

Philosophia est ars artium, et disciplina disciplinarum. *Prose.*

Philosophia est meditatio mortis. *Ibid.*, et S. Isidorus Hispal., lib. 2, *Etymol.*, cap. 24.

Philosophia est disciplina omnium rerum divinarum, atque humanarum rationes probabiliter investigans. *Ibid.*

Philosophia est rerum humanarum divinarumque cognitio, cum studio bene vivendi conjuncta. Lib. 2 *Etymol.*, cap. 24.

Philosophia est morum correctio cum vera certa cognitionis gloria conjuncta. In *libro Ascetico.*

Philosophia est scientiae acquisitio, sive possessio. In *Dialogo Euthydem.*

Vera Philosophia est solida germanaque veritatis cognitio. Lib. 6 de *Republica.*

Philosophia est scientia eorum que semper sunt, appetentia, que considerat verum, quomodo verum sit. De *Definit.*

Quid philosophia, nisi vite lex est? Epist. 94.

Qui sapientiam expetunt, philosophi nominantur: nec quidquam aliud est philosophia, praeter studium sapientiae. Lib. 2 de *Offic.*

Philosophia est cultura animi. Lib. 2, *Tusc. quest.*

Divisio. Vera Philosophia in tribus coexistit, in religione, in moribus, in doctrina. Part. 4, tit. 44, cap. 4, § 1.

Philosophia triplex est: physica, ethica, logica, in physica causa querendi, in ethica ordo vivendi, in logica ratio intelligendi. Lib. 2 *Etymol.*, cap. 24.

Philosophiae tres partes esse dixerunt et maximi et plurimi auctores: moralem, naturalem, et rationalem. *Prose.*

Prima componit animum, secunda rerum naturam scrutatur, tertia proprietates verborum exigit, et structuram, et argumentationes, ne pro vera falsa surropanit. Epist. 89.

Differentia. Multum interest inter sapientiam et philosophiam: sapientia perfectum bonum est mentis humanae, philosophia sapientiae amor est, et affectio. Epist. 89.

SENTENTIE PATRUM.

1. Totius Philosophiae robur, patetia est. Part. 4, tit. 44, cap. 4, § 2.

2. Moralem Philosophiam omnes dixerunt, cuius vita doctrinae concordat, et eam mortis necessario discrimini parat. *Ibid.*

3. Philosophia, qua argumentis et subtilitatibus componitur, dum verisimilibus causis et commentis rebus divinis admittit fidem, omnino vitanda est, atque detestanda. *Ibid.*, cap. 4, § 5.

4. Sunt qui seducunt per philosophiam, magno et blando et honesto nomine colorantes, et feneantes errores suos. Lib. 3, *Confess.*, cap. 4.

5. Nunc philosophos non fere videmus, nisi aut cynicos; aut peripateticos; aut platonicos; et cynicos quidem, quia eos vite quaedam delectat libertas atque licentia. Lib. 4 *contra Academ.*, cap. 19.

6. Pulchrior est philosophia, quam Thyse, quam Pyramus, quam illa Venus et Cupido, talesque omnimodi amores. Lib. 4 de *Ortine*, cap. 8.

7. Divinae scripturae non omnino philosophos, sed philosophos hujus mundi vitandos atque irridendos esse praecipit. *Ibid.*, cap. 14.

8. Philosophi si qua forte vera, et fidei nostrae accommoda dixerunt, non solum formidanda non sunt; sed ab eis etiam tanquam injustis possessioribus, in usum nostrum vendicanda. Lib. 2 de *Doctrina christiana*, cap. 40.

9. Non falsa philosophiae loquacitate seducamur. Lib. 1 de *Genesi ad lit.*, cap. 21.

10. Philosophia est finis boni: nulla est igitur causa philosophandi, nisi finis boni: quomobrem que nullum boni finem sectatur, nulla philosophia secta dicenda est. Lib. 19 de *Civiti. Dei*, cap. 4.

11. Non est honestior philosophia gentium

S. ANTONIN.

S. ISID. HISP.

SENECA.

S. ANTONIN.

S. AUGUST.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

quam christiana, quæ una est vera philosophia. Lib. 4 *contra Julian.*, cap. 44.

12. Philosophi Epicurei, etc. Vide titul. *Beati-udo*, sent. 13, 44, 15, 16, 17.

13. Nulla mihi videtur prospera fortuna, nisi quæ otium philosophandi dat. Lib. 2 *contra Academic.*, cap. 1.

14. Philosophia nutrit ac fovet. *Ibid.*, lib. 1, cap. 1.

15. A philosophiæ uberibus, se nulla ætas que-ritur excludi. *Ibid.*

16. Non parvum in philosophia profectum puto, cum in comparatione recti verique inveniendi, contemnitur a disputante victoria. *Ibid.*, cap. 3

17. Ipsum verum non videbis, nisi in philosophiam totus intraveris. *Ibid.*, lib. 2, cap. 3.

18. Nullus philosophorum finem actionum suarum constituit in fama vultu, aut in lingua hominum. Epist. 56.

19. Omnia quæ corporeus sensus attingit, divina philosophia monet frenare atque sopire. Epist. 214.

20. Nulla est homini causa philosophandi, nisi ut beatus sit. Lib. 19 *de Civitate Dei*, cap. 4.

21. Quidam philosophorum quodam magna, quantum divinitus adiuti sunt, invenerunt : quantum autem humanis impediti sunt, erraverunt. *Ibid.*, lib. 2, cap. 7.

22. Major societas debet esse nobis cum philosophis, quam cum poetis. *Ibid.*, lib. 6, cap. 6.

23. Nomen philosophiæ, si latine interpretetur amorem sapientiæ profitem : porro si sapientia Deus est, verus philosophus est amator Dei. *Ibid.*, lib. 8, cap. 4.

24. Cedant omnes illis philosophis, qui non dixerunt beatum esse hominem fruentem corpore vel fruentem animo, sed fruentem Deo. *Ibid.*, cap. 8.

25. Tunc beatus est studiosus sapientiæ (id enim est philosophus) cum Deo frui coeperit. *Ibid.*, cap. 9.

26. Communiter omnes philosophi studendo, querendo, disputando, vivendo appetierunt apprehendere vitam beatam : hæc una fuit causa philosophandi. *De Epicur.*, cap. 3.

27. Si qui philosophi gentium, de Filio Dei, aut de Patre Deo vera prædixissent, seu dixisse perhibentur : valeat quidem aliquid ad paganorum vanitatem revincendam. Lib. 13 *contra Faust.*, cap. 15.

28. Percant argumenta philosophorum, qui negant in sapientem cadere perturbaciones animorum. Tract. 60, super *Joan.*

29. Spiritus est vita, mors carnis philosophia. In suis *Proverb.*, verbo *Spiritus*.

V. BEDA.

30. Philosophorum vel hereticorum intellectus non habet in se puritatis veritatisque nitorem : et ideo multam curam gerunt ipsum colorare et fucare phaleris verborum, et versutis syllogismo- rum, ne si nudus appareat, falsi etiam appareat turpitudine. Serm. 41, super *Cant.*

31. Philosophorum ventosa loquacitas, non homo imber est, qui sterilitatem magis infert terris, quam fertilitatem. *Ibid.*, serm. 58.

32. Intentio moralis philosophiæ versatur principaliter circa rectitudinem. In *Reduct. artium ad Theolog.*

33. Philosophi de Deo querere contententes, nihil se invenisse confessi sunt, nisi quod incognoscibilis est Deus. *Prosec.*

34. Sicut qui in vagum Oceanum usurpat navigare, cum non potest transire, necesse est ut per eandem viam reverteretur : sic illi ab ignoto coeperunt, et in ignotum finiunt. Super *Luc.*, cap. 10.

35. Philosophi non solum abstinere a vitis, gravibusque peccatis, sed et ab omnibus mundi vanitatibus et curiositatibus : et multi conati sunt, ut possent fieri virtuosos. Serm. 2, de *S. Gregorio*.

36. Pisces maris philosophos fortasse significant, qui hujus mundi naturam erraticæ curiositate pertractant. *Prosec.*

37. Nam sicut illi posita fronte itinera sibi reserant pelagi inundatione confusa : ita et isti capite demisso venas rerum ratione humana assiduo labore perquirunt. Super *Psal.* viii, vers. 8 : *Et pisces maris*, etc.

38. Philosophia vera non adulat. Lib. 1 *Stromat.*

39. Ars sophistica est potestas phantastica, seu quæ visione percipitur, verbis falsas opiniones tanquam veras ingenerans. *Ibid.*

40. Philosophos nec humiles videmus esse, nec mites, sed sibi multum placentes : et hoc ipsi quod sibi placeant, Deo displicent. *De Bono patient.*, cap. 1.

41. Ille vere divinus est philosophus, qui omni tempore pravis suis concupiscentiis resistit. *Prosec.*

42. Nam qui in solo nomine sapientiæ sibi blanditur et gloriatur, insipientis hic prorsus ac stultus reputabitur philosophus. Serm. ad *pietatem*.

43. Nulla philosophiæ honestas ad salutem, sine Christo proficit. Lib. 18 *Moral.*, cap. 27, in titulo.

44. Philosophia sapiens est amanda, aut nequaquam philosophia existit, si non sit sapiens. Orat. 21 *ad Heronem*.

45. Philosophiam animi passionibus dominam constituere oportet. *Ibid.*

S. BERNARD.

S. DONAT.

S. HIERON.

HUGO CARD.

S. JOANNES CHRYSOST.

CASSIODOR.

CLEMENS ALEX.

S. CYPRIAN.

S. EPIPHAN.

JOAN. GERS.

S. GREGOR. MAGNES.

JOAN. TRITH.

S. ISIDORUS.

46. Verus philosophus per afflictiones clarescit, et ex gravibus materiis facit virtutis, ac in adversis gloriatur, nec dextris justitiæ armis extollitur, nec sinistris deprimitur. Orat. 25.

47. Nihil vera philosophia est incernpugnabilis, nihil quod minus lædi queat : omnia prius cedunt, quam Philosophus. *Ibid.*

48. Hæc duo philosophia novit, et rebus recte habentibus modeste uti, et calamitatem honesto ferre. Epist. 35 *ad D. Gregor. Nyssen.*

49. Philosophi seculi solent amorem veterem amore novo, quasi clavum clavo expellere : illi vitium vitio, peccatum peccato medicantur : nos autem amore virtutum vitia superemus. Epist. 4 *ad Rustic.*

50. Mundi philosophus gloriæ est animal, et popularis aura, atque rumorum venale mancipium. Epist. 26 *ad Pammach.*

51. Philosophorum, vel philosophantium plurima sunt figmenta atque vanitates, pauca veritates, et nullæ utilitates. Super *Pron.*, cap. 5.

52. Nusquam ita probe cognoscuntur ea, quæ (cum non sint) esse putantur, quemadmodum in philosophia. Homil. 84 super *Matth. Oper. perf.*

53. Philosophi magna loquuntur, sed nec modica faciunt. Homil. 40 super *Matth. Oper. imperf.*

54. Philosophi etsi exteriori usi sunt sapientia, minime est mirandum, sed potius ridendum ; cui neque de Deo, neque de creatura firmum quid et solidum invenire poterunt. Homil. 65, super *Joan.*

55. Philosophi magni sunt in civitatibus, et philosophia eorum extenditur ; quos si intrinsecus inspexeris, pulvis sunt et cinis, in quibus nihil sani, sed sepulchrum patens est guttur eorum, plenum imunditia et sordium, et præcepta omnia vernium plena. *Ibid.*

56. Qui philosophiam docet, primum de seipso id docere, et se auditoribus conciliare debet. Homil. 4 super *I ad Cor.*

57. Philosophia animi, litterarum eruditione studiisque liberalibus tanto difficilior est et operosior, quanto facere quam dicere difficilior, operaque quam verba laboriosiora sunt. Lib. 1 *Advers. vituperat. vita monast.*

58. Vana est philosophia, vana prorsus, inutilis et noxia, si non comes affuerit devotio. Tract. 7 super *Magnificat.*

59. Philosophia et theologia sine devotione dispergunt superbos et depriment. *Ibid.*

60. Philosophia altior est, quæ intellectum discens erudiens, amantis affectum non solet negligere. Orat. 2, in *conventu Abbat. habita.*

61. Philosophiam consequi non potest, qui in verborum pugnis, et coneracionibus operam suam collocat. Lib. 1, epist. 220.

62. Non dignus est philosophi nomine, qui in Christi disciplina versatus non est : sed improbus est, multoque idiotis deterior. In *Apolog.* 1.

63. Philosophiæ nomen et speciem sibi vendicant nonnulli, qui nihil dignum promissione præstant. *Ibid.*, in *Apolog.* 2.

64. Melius est civiler quam philosophiæ vivere : si non stulte vivit, qui civiler vivit : sequitur ut stulte vivat, qui philosophiæ vivit. *Prosec.*

65. Si sapientia est, quæ dicitur philosophia, stulte profecto vivit, qui non secundum philosophiam vivit. Lib. 3 *de Divin. Inst.*, cap. 14.

66. Nihil esse testatur in omni philosophia melius et fructuosius, quam præcepta vite dare. *Ibid.*, lib. 6.

67. Philosophia hominibus est eximia, unigenita vero existens sola soli vult coire possessori. *Parvens.* 159.

68. Philosophi nihil putant verum, nisi ratio humana præbeat eis experimentum. Serm. 1 *de Adventu.*

69. Philosophia mea sit philosophia fratris Gerardi, qui nihil habebat aliud in ore et in corde, nisi Jesum Christum. *Prosec.*

70. Philosophia mea sit philosophia Pauli, qui constantissime affirmabat se nihil aliud scire, nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum. *Ibid.*, super *Job*, cap. 2.

71. Quis dicere audeat eum philosophari, qui universis laboribus suis non ad æternam beatitudinem, sed ad æternam miseriam tendit ? Lib. 1, epist. 9, *ad Petrum*.

72. Eris verus philosophus Christi, cum in te stultam fecerit ipse sapientiam mundi. *Ibid.*

73. Sicut liberales artes conferunt ad quandam philosophiam, ita philosophia ad parandam sapientiam. *De Congressu querendæ erudit. gratia.*

74. Bonorum omnium, quæ vere bona sunt, fons, est philosophia : ex eo si quis haurit, ut virtutem sibi querat, laudandus : contra vituperandus, qui solam inde petit varietatem. Lib. 2 *de Special. legib.*

75. Philosophus mundi, captator est fame, neglector conscientia. Part. 1, lib. 3 *de Contemplat.*, cap. 3.

76. Nihil est philosopho turpiss, vitia obscena sectantur : quia præter eam deformitatem, quam vitia in se habent, sapientiam nominis plus notatur. Lib. 4 *de Gubern. Dei.*

77. Philosophia asperam se ab initio, et tractatu difficilem præbet. *De Regno ad Arcadium imperat.*

78. Philosophare, ac quod divinum in te est,

verborum pugnis, et coneracionibus operam suam collocat. Lib. 1, epist. 220.

62. Non dignus est philosophi nomine, qui in Christi disciplina versatus non est : sed improbus est, multoque idiotis deterior. In *Apolog.* 1.

63. Philosophiæ nomen et speciem sibi vendicant nonnulli, qui nihil dignum promissione præstant. *Ibid.*, in *Apolog.* 2.

64. Melius est civiler quam philosophiæ vivere : si non stulte vivit, qui civiler vivit : sequitur ut stulte vivat, qui philosophiæ vivit. *Prosec.*

65. Si sapientia est, quæ dicitur philosophia, stulte profecto vivit, qui non secundum philosophiam vivit. Lib. 3 *de Divin. Inst.*, cap. 14.

66. Nihil esse testatur in omni philosophia melius et fructuosius, quam præcepta vite dare. *Ibid.*, lib. 6.

67. Philosophia hominibus est eximia, unigenita vero existens sola soli vult coire possessori. *Parvens.* 159.

68. Philosophi nihil putant verum, nisi ratio humana præbeat eis experimentum. Serm. 1 *de Adventu.*

69. Philosophia mea sit philosophia fratris Gerardi, qui nihil habebat aliud in ore et in corde, nisi Jesum Christum. *Prosec.*

70. Philosophia mea sit philosophia Pauli, qui constantissime affirmabat se nihil aliud scire, nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum. *Ibid.*, super *Job*, cap. 2.

71. Quis dicere audeat eum philosophari, qui universis laboribus suis non ad æternam beatitudinem, sed ad æternam miseriam tendit ? Lib. 1, epist. 9, *ad Petrum*.

72. Eris verus philosophus Christi, cum in te stultam fecerit ipse sapientiam mundi. *Ibid.*

73. Sicut liberales artes conferunt ad quandam philosophiam, ita philosophia ad parandam sapientiam. *De Congressu querendæ erudit. gratia.*

74. Bonorum omnium, quæ vere bona sunt, fons, est philosophia : ex eo si quis haurit, ut virtutem sibi querat, laudandus : contra vituperandus, qui solam inde petit varietatem. Lib. 2 *de Special. legib.*

75. Philosophus mundi, captator est fame, neglector conscientia. Part. 1, lib. 3 *de Contemplat.*, cap. 3.

76. Nihil est philosopho turpiss, vitia obscena sectantur : quia præter eam deformitatem, quam vitia in se habent, sapientiam nominis plus notatur. Lib. 4 *de Gubern. Dei.*

77. Philosophia asperam se ab initio, et tractatu difficilem præbet. *De Regno ad Arcadium imperat.*

78. Philosophare, ac quod divinum in te est,

PELUSIOTA.

S. JUSTIN. MART.

LACT. FIRM.

PETRUS MENSENS.

S. PETRUS MAURITIUS.

ABD. CLUN.

PHILO JED.

RICH. A. S.

VICTORE.

SALVIANUS.

S. SYNESTUS.

EPISC.

- ad divinum illud offer primigenium et antiquissimum. *Ibid.*, epist. 138, ad *Herculium*.
- S. THOMAS AQUINAS. 79. Philosophia est contra morbos subsidium, ingenii remedium, et amicorum presidium. *De Scientiis vitioribus*.
- THOMAS A KEMPIS. 80. Multi docti philosophi et magni in oculis suis viam salutaris prudentia neglexerunt aut nescierunt, et ab humilitate Christi recedentes, a veritate erraverunt, et difficulter ad contemptum seculi venire poterunt. *Serm. 12 ad Novit.*, div. vis. 6.
- SENTENTIA PAGANORUM.
- ARISTOTEL. 84. Philosophia scientia veritatis appellatur: speculativa etenim finis, veritas: practica autem, opus. *Lib. 2 Metaphys.*, cap. 1.
82. Oportet profecto, ut substantiarum principia et causas philosophus habeat. *Ibid.*, lib. 4, cap. 2.
83. Philosophi est de omnibus posse speculari: si enim non philosophi, quis erit qui considerabit? *Ibid.*
- CICERO. 84. Philosophia virtutis continet et officii, et bene vivendi disciplinam, quam qui proficitur, gravissimam mihi sustinere personam videtur. *Orat. 37, in Pisone*, num. 71.
85. Doloris medicina est philosophia. *Lib. 1 Academic. quest.*, num. 41.
86. Omnis auctoritas philosophia consistit in beata vita comparanda. *Lib. 5, de Finibus*, num. 37.
87. Philosophia nihil uberius, nihil florentius, nihil praestantius hominum vite datum est. *Lib. 1 de Legib.*, num. 54.
88. Efficit hoc philosophia, scilicet: medetur animis, inanes sollicitudines detrahit, cupiditatis liberat, pellit timores. *Lib. 2 Tus. quest.*
89. Cultura animi est philosophia. *Ibid.*
90. Profecto animi medicina est philosophia. *Ibid.*, lib. 3.
91. O vite philosophia dux! o virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum! *Prose.*
92. Tu urbes peperisti, tu dissipatos homines in societatem vite convocasti: tu inventrix legum, tu magistra morum et disciplina es. *Ibid.*, lib. 5.
93. Non ex singulis vocibus philosophi spectandi sunt, sed ex perpetuitate atque constantia. *Ibid.*
- EPICTETUS. 94. Philosophi status et expressa imago est, omnem utilitatem et damnum a semetipso expectare. In suo *Enchirid.*, cap. 71.
95. Nusquam te philosophum profitearis. *Ibid.*, cap. 68.
96. In omnibus rebus illud tibi satis sit te esse philosophum: sin alicui etiam videri philosophus

- cupis, tibi videre, idque tibi satis esto. *Ibid.*, cap. 30.
97. Verus philosophus, quae ad corporis cultum spectant, contemnit. In *Dialogo Phaedrus*.
98. Omnis veri philosophi opera et labor in eo versatur, non in curando colendoque corpore, sed quantum poterit, seipsum ab illo sevocando, et ad animum penitus convertendo. *Ibid.*
99. Boni et recte philosophi ab omnibus corporeis abstinent voluptatibus, et constanter fortiterque seipsum conspiciunt, neque sese illis condonant permittuntque. *Ibid.*
100. In re vocamus philosophum eum hominem ad disciplinam quamlibet degustandam propensum, et alacri animo ad aliquid discendum incumbentem. *Lib. 5 de Republ.*
101. Necesso est, ut qui veri philosophi fieri inhiant, mendacium minime amplectantur: non illud potius, ubi agnoverint, summo odio prosequantur, ament vero veritatem. *Ibid.*, lib. 6.
102. Nisi quis fide atque simulate, non vere et solide sit philosophus; prorsus necesse est, ut temperans sit, neque pecunie ullo modo cupidus. *Ibid.*
103. Cum ignava et liberali natura, vera philosophia nihil habet commune. *Prose.*
104. Vir enim vere philosophus, modestus est, non questui deditus, non illiberalis, non arrogans, non insolens, non ignavus. *Ibid.*
105. Philosophiae servias oportet, ut tibi contingat vera libertas: hoc enim ipsum philosophiae servire libertas est. *Epist. 8.*
106. Non est philosophia populare artificium, nec ostentationi paratum: non est in verbis, sed in rebus est. *Prose.*
107. Animum format et fabricat, vitam disponit, actiones regit, agenda et omittenda demonstrat, dirigit cursum, sine hac nemo securus est. *Epist. 16.*
108. Multis ad philosophandum obstitere divitiae: paupertas expedita est, secura est. *Epist. 17.*
109. Verba rebus proba; facere docet philosophia, non dicere, ne orationi vita dissentiat. *Prose.*
110. Maximum hoc est et officium sapientiae et iudicium, ut verbis opera concordent. *Epist. 20.*
111. Hoc turpissimum est, quod nobis obijci solet, verba philosophia, non opera tractare. *Epist. 24.*
112. Philosophia animum praestat alacrem. *Epist. 30.*
113. Ad philosophiam te confer, si vis salvus esse, si securus, si beatus. *Epist. 37.*
114. Philosophi pronuntiatio, sicut vita, debet esse composita. *Epist. 40.*

PLATO.

SENTENTIAE PATRUM.

415. Nec rejicit quempiam philosophia, nec egit, omnibus lucret. *Epist. 44.*
416. Quid turpius philosophia captante clamores? *Epist. 52.*
417. Exercet philosophia regnum suum: dat tempus, non accipit: non est res successiva, ordinaria est, domina est, adest et jubet. *Epist. 53.*
418. Philosophia inexpugnabilis murus est, quem fortuna multis machinis laesitum non transit. *Epist. 82.*
419. Nec philosophia sine virtute est, nec sine philosophia virtus est: philosophia studium virtutis est, sed per ipsam virtutem: nec virtus esse sine studio sui potest, nec virtutis studium sine ipsa. *Epist. 89.*
420. Qui ad philosophorum scholas venit, quotidie secum aliquid boni referat, ut sanior domum redeat, aut sanabilior: ea enim philosophiae vis est, ut non solum studentes, sed etiam conversantes juvet. *Epist. 108.*
- VALER. MAX. 421. Philosophia, ubi pectore recepta est hominum, inhonesta atque inutili affectu depulsa, totum in solida virtutis munimento confirmat. *Lib. 3 Dictor memorabil.*, cap. 3.
- Vide etiam tit. *Beatitudo*, sent. 13, 14, 15, 16, 17; *Discere*, sent. 63; *Dogma*, sent. 15, 32; *Fortitudo*, sent. 25, 26; *Laus in genere*, sent. 74; *Melior*, sent. 31; *Princeps*, sent. 86; *Ratio*, sent. 11; *Relinquere*, sent. 20; *Solitudo*, sent. 67; *Voluptas*, sent. 187.
- SENTENTIAE PATRUM.
- S. AUGUST. Definitio. Pietas est cultus Deo reddere quod debet, et Deum pura mente colere. *Serm. 24, ad Fratres in eremo.*
- Pietas est verax veri Dei cultus. *Lib. 4 de Civit. Dei*, cap. 23.
- HUGO A S. VICTORE. Pietas est ex benignae mentis dulcedine grata omnibus auxiliatrix affectio. *De fruct. carnis et Spirit.*, cap. 18.
- HUGO CARD. Pietas est affectus erga proximum, quo ei subvertitur, vel saltem condoletur. In principio *Prologi*, super *Apocal.*
- LACT. FIRM. Pietas nihil aliud est, quam Dei parentis agnitio. *De divinis instit.*, lib. 3, de *Falsa sapientia*, cap. 9.
- S. LAURENT. JUSTIN. Pietas est per quam conjunctis sanguine, et benevolentia, affectus, et diligens tribuitur cultus. *Part. 1, de Ligno vite*, tract. 3 de *Justitia*, cap. 2.
- S. THOMAS AQUINAS. Pietas est, per quam parentibus, patriaeque benevolentiae officium impenditur. *Super I, ad Timoth.*, cap. 4, lect. 2.
- CICERO. Quid est pietas, nisi voluntas grata in parentes? *Orat. 31, pro Plancio.*
- S. AMBROS. 4. Pietas est prima, in Deum; secunda, in patriam; tertia, in parentes. *Lib. 1, Offic.*, cap. 27.
2. Pietas amica est Deo, parentibus grata, dominum conciliat, necessitudines fovet, cultura Dei est, merces parentum, filiorum stipendium, justorum tribunal, egenorum portus, miserorum suffugium, indulgentia peccatorum. *Super Psalm. cxviii, serm. 18, vers. 8.*
3. Ea est vera pietas, quae praeponit divina humanis, perpetua temporalibus. *Lib. 7, epist. 56, ad Romanum.*
4. Multi induerunt indumenta pietatis, virtutem vero negaverunt. *Epist. 4, ad Fratres.*
- S. ANTONIN. ABBAS. 5. Pietas timore inchoatur, charitate perficitur. *De vera Relig.*, cap. 17.
- S. AUGUST. 6. Quanto fit celerior potestate, tanto humilior fiat pietate. *Epist. 54, ad Macedonium.*
7. Ad majora mentem, nisi pietas puritasque non producit. *De moribus Manichaeorum*, cap. 7.
8. Pius est a pietate, non pietas a pio: potest enim esse pietas, et si ille qui pius eras factus sit impius: ipse perdidit pietatem, pietatis nihil abstulit. *Tract. 39, super Evang. Joan.*, de cap. viii.
9. Optime de Deo existimare, verissimum est pietatis exordium. *Lib. 4, de Lib. arbit.*, cap. 2.
10. Ad Deum tendimus itinere pietatis. *Ibid.*, lib. 3, cap. 21.
11. Pietas ad omnia prodest. *Epist. 52.*
12. Qui vera pietate munitus est, decipi non potest. *De Agone Christ.*, cap. 4.
13. Merces pietatis non hic speranda est. *Annot. in Job*, cap. 21.
14. Omnis in hac vita pietas excoelatio est, qua in Deum tenditur. *Lib. de Menacio*, cap. 19.
15. Illa tanto digniora sunt imitatione, quanto excellentiora pietate. *Lib. 1 de Civit. Dei*, cap. 23.
16. Sine vera pietate omne quamvis laudabile ingenium superbia vanescit et decedit. *Ibid.*, lib. 2, cap. 5.
17. Si quid in te laudabile naturaliter eminet, non nisi vera pietate purgatur atque perficitur, impietate autem dispergitur et puniuntur. *Ibid.*, cap. 29.
18. Constat inter omnes veraciter pios, neminem sine vera pietate veram posse habere virtutem. *Ibid.*, lib. 5, cap. 19.
19. Quantumlibet praedicetur virtus, quae sine vera pietate servit hominum gloriae, nequaquam Sanctorum exigitur inchoata comparanda est. *Ibid.*
20. Nulla est hominis sapientia, nisi pietas, qua recte colitur verus Deus. *Ibid.*, lib. 24, cap. 28.

S. C. C.

21. Deus dat regnum colorum solis piis, regnum vero terrenum et piis et impiis. *Ibid.*, lib. 5, cap. 20.
22. Gradus pietatis est fides, fidei fructus intellectus. Tract. 22, super *Joannem*.
23. Firmamentum salutis est habere virtutem pietatis, non formam solum. Tract. 2, super *Epist. Joan.*
24. Erit voluntas tua libera, si fuerit pia. Tract. 41, super *Joan.*
- S. GREGOR. MAG. 25. Pietas cordis, viscera misericordiae operibus replet. Lib. 1 *Moral.*, cap. 16.
26. Inordinata pietas cum temporaliter parcat ad aeternum supplicium pertrahit. Hom. 49, super *Ezech.*
27. Ut vera et ordinata sit pietas, ad scientiam gradum est sublevanda : ut sciat vel quid ex misericordia puniat, vel quid ex pietate dimittat. *Ibid.*
- S. GREGOR. THAUMAT. 28. Pietas parens est, initium, finisque omnium virtutum. In *Orat. panegyrica.*
- S. HIERON. 29. Pietatis genus est, impium esse pro Domino. Epist. 23, ad *Marcellum*.
30. Grandis in suis pietas, impietas in Deum est. Epist. 25, ad *Paulam*.
31. Pietas et vera Religio, via regia est. Lib. 16, super *Isaiam*, cap. 67, super illud : *In multitudine viae*, etc.
32. Impietas diabolus est, et pietas Christus. Super *Ecclesiasten*, cap. vii, super illud : *Et non silvabit impietas.*
- HUGO CARD. 33. Affectus boni animi semper proclivis est ad pietatem. Super *Genes.*, cap. 43.
34. Omnia quae sunt in regno colorum possidet pietas : quia quicquid possidet pietas, pauperum est. Super *Matth.*, cap. 5.
- S. JOHANNES CHRYSOST. 35. Non solum parentum debet esse pietas, sed et magna erga pueros diligentia. Hom. 21, super *Gen.*
36. Sicut caecus non potest aspicere in splendorem luminis, sic homo malignus non potest intelligere mysteria pietatis. Hom. 30, super *Matth. Oper. imperf.*
37. Pietas certissima vitae norma est, et conversationis optima disciplina. Hom. 42, super I *Timoth.*
38. Pietati hoc proprium est, ut in tenebris fulgeat : impietas autem et si in lumine fuerit, tenebrescit. Homil. 2, de *Cruce et Latrone*.
- S. ISID. PELL. 39. Divina quaedam res est sermo, diviniorem autem virtus, divinissima denique pietas. Lib. 3, epist. 118, ad *Isidor. diacon.*
- S. IEO I. 40. Si non est omnium equalis facultas, debet esse par pietas. Serm. 3, de *Collectis.*
41. Nullo caret pietatis officio, cui studium est

- colere Deum, et jurare conservum. Serm. 7, de *Quadrag.*
42. Pius est, non qui nullorum miseretur, sed qui neminem injuria afficit. *Paraves.* 5.
43. Inordinata pietas implet impietatem. Opusc. 57, cap. 4, dissertat. 1.
44. Salubrior est mordens pietas, quam mulcens iniquitas. Lib. 2, epist. 9, ad *Innocent. Pap.*
45. Nihil est pietate gravius, nihil magis industrium. De *Abrahama.*
46. Nihil potest obscurare pietatem, quae ubicunque sit proprios emittit radios, sive illa in servo, sive in captivo reperitur. Orat. 6, super *Daniel.*
47. Nihil animo pietatis studio destinato firmius. Serm. 8 de *Providentia.*
48. Crudelis est profecto pietas, quae scit dolere miseris, et nescit subvenire perituris. Homil. 7, de *Misericord.*
- SENTENTIA PAGANORUM.
49. Nemo pius est, qui pietatem cavet. Lib. 2 de *Fonibus.*
50. Pietate generi humano nihil est majus, nihilque augustius. Lib. 13 de *Legib.*
51. Fundamentum pietatis est continentia : culmen autem pietatis, amor Dei. Sent. 78.
52. Nulla acerbitate fortuna, nullis sordibus pretium charae pietatis evalescit : quin etiam eo certius, quo miserius experimentum habet. Lib. 5, *Dieter memorabil.*, cap. 4.
53. Cetero virtutes tantummodo vultum admirationis, pietas vero etiam amoris plurimum meretur. *Ibid.*
54. Prima et optima rerum natura et magistra est pietas, quae nullo vocis ministerio, nullo usu litterarum indigens, propriis ac factis viribus, charitatem parentum, liberorum pectoribus infundit. *Ibid.*

## PLACARE DEUM.

## SENTENTIA PATRUM.

1. Perspicuum est Deum non muneribus oblati placari, sed offerentiis affectu. Lib. 1 de *Cain et Abel*, cap. 6.
2. Non falli potest, qui ubique est, sed placari. Lib. 8, super *Luc.*, cap. 17, in illud *Psalm. cxxxi* : *Si ascendero in caelum*, etc.
3. Potui per me te, sancte Pater, offendere, sed non possum per me te mihi placare. Littera S.
4. Non est quo fugias a Deo irato, nisi ad Deum placatum. Super *Psalm. lxxiv*, vers. 6.
5. Qui Deum non habet placatum, nequaquam evadet iratum. In *Medit.*, cap. 30.
6. Tanto citius placat homo Deum, quanto re-

S. NILUS.

S. PETRUS DAMIANUS.

S. PETRUS MAURITICUS.

ABB. CLUN.

PHILO JUD.

S. THEODOR.

S. BERNARD.

S. VALER. EPISC.

CICERO.

PLATO.

S. CYPRIAN.

S. EUSEBIUS EMISEN.

FRANCISCUS TITELM.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. AMBROS.

S. ANSELM.

S. AUGUST.

S. HIERON.

- pressa arbitri sui superbia gladio procepti se immolat. Serm. 7, ad *Frates in eremo.*
7. Sacrificio misericordiae placatur Deus, quem nisi propitium haberent mali, nulli essent boni. Epist. 54.
8. Non placatur divina majestas, quibus humana dignitas iniquatur. Lib. 2 de *Civit. Dei*, cap. 29.
9. Agnosce hominem; et placabis Deum. Lib. de *Quinque haeresib.*, cap. 7.
10. Grandis offensio, nolle placare quem offenderis. In suis *Proverb.*, verbo *Grandis.*
11. Omnino non potest non placari Deus, si quis in ore sonitit, in corde radiat humilitas. Serm. 16, super *Cant.*
12. Parvulus est Jesus, leviter placari potest. Serm. 4, *Epiphani.*
13. In omni loco esto Deo subjectus et contentus, et compone mores tuos, ut sit in te placatus. Lib. *Meditationum*, cap. 7.
14. Nihil ita Deum placat, quemadmodum purus mentis affectus. De *Inter. domo*, cap. 48.
15. Frustra Deum propitiari sibi querit, qui cito placari proximo negligit. *Ibid.*, cap. 51.
16. Putas ne tu Dominum cito posse placari, quem verbis perdidisti? De *lapsis*, cap. 13.
17. Longe est, cum irascitur Deus : prope est, cum placatur. Hom. de *Resurr.*
18. Sola humilitas penitentiae, quae iram justi Judicis peccatis provocatam potest mitigare. In *Ethicid.*, super cap. xxii, *Job.*
19. Non placatur Deus ab homine, nisi in area cordis per lumen recte fidei et verae dilectionis, constituit illi altare humilitatis, in quo offerat sacrificium laudis. Super illud I *Paralyt.* xxi : *Extruxeritque altare Domina.*
20. Potest quisque respiciendo Deum placare, quem contigit sinitate loquendo offendisse. Super *Prov.*, cap. 16.
21. Tanto quisque Deum citius placat, quanto ante ejus conspectum repressa arbitrii sui superbia, gladio procepti se immolat. Lib. 35 *Moral.*, cap. 10.
22. Electi culpis suis nunquam sciunt parere, ut possint Judicem culpae placatum invenire. Lib. 14 *Moral.*, cap. 17, super illud *Job* 13 : *Veruntamen vias meas*, etc.
23. Vult placari precibus, qui scit quia portari non possit iratus. Homil. 37, super *Evang.*
24. In omni quod agis, inspectorem cordis appetere habere placatum. Lib. 8, in *Registro*, indict. 3, cap. 26, epist. 36, ad *Maxim.*, episc. *Substant.*
25. Placatur Deus virtutibus. Epist. 9, ad *Salvinum.*

26. Quam pulchra res est, quae placat Deum, et daemones terret. Lib. 2, *Advers. Jovinian.*
27. Si peccaverit vir in virum, placari potest ei Deus : quia placato sibi viro, in quem peccavit, placabilem sibi facit Deum, cui in viro peccavit. *Prosec.*
28. Cum in virum quis peccat, placato sibi viro, facit sibi Deum placabilem. In *Quest.*, super lib. *Reg.*
29. Jejunio et elemosyna, et excussa scordia continuis precibus, placatur Deus. Homil. 27, super *Gen.*
30. Deus non voce clamosa pulsandus est, sed conscientia recta placandus, quia non est vocis auditor, sed cordis. Homil. 13, super *Matth. Oper. imperf.*
31. Deus placandus est, non docendus : non est ei necessaria longa narratio, sed bona voluntas. *Ibid.*
32. Spirituali Medico spiritualis merces est offerenda : nam omnes Medici pecunias, iste autem oratione placatur. *Ibid.*, homil. 21.
33. Liga cum qui deliquit, donec placeat Deum. Homil. 14, super II *Cor.*
34. Oratione in communi facta Deus potissimum placatur. Homil. 4, super II *Thess.*
35. Multi in mediis civitatibus ignorati possunt pro alius placare Deum. Homil. 42, super *Gen.*
36. Deus non flure, non hostia, non pretiosis numeribus quae omnia sunt corruptibilia sed morum emendatione placatur. De *Ira Dei*, cap. 24.
37. Neque salus esse cuiquam potest, nisi prius sibi propitium faciat Dominum. Et hab. apud *Bodam*, in suis *Scintillis*, cap. 33.
38. Magis placandus est in adversis Deus, et minus laedendus in prosperis. *Prosec.*
39. Placari quippe debet, cum irascitur : laedi non debet, cum propitiatur. Lib. 6, de *Gubern. Dei.*
40. Preces Deum fletere ac mitigare solent. Epist. 69, ad *Theophil.*
- SENTENTIA PAGANORUM.
41. Thure Deum placat; vitulum sine, crescat aratro : Nec credas placare Deum, dum crede litatur. Lib. 4, *Distichor.*, metr. 76.
42. Divinum nomen placatum est, atque demulcendum precibus et sacrificiis. In *Dialogo Theopis.*
43. Vis Deum propitiare? bonus sis. Epist. 95. Vide etiam tit. *Eleosynas*, sent. 14; *Judicium sui*, sent. 22; *Oblatio*, sent. 36; *Oratio*, sent. 156; *Zelus*, sent. 15.
- PLACERE.
- Definitio. Placere Deo, nihil aliud est, quam seipsum laudatum, et beatum, et similem ipsi efficere. De *Virginit.*

S. JOHANNES CHRYSOST.

LACT. FIRM.

ORIGEN.

SALVIANUS.

S. SYNESIUS EPISC.

CATO POET.

PLATO.

SENECA.

S. BASILIUS MAGNUS.

## SENTENTIA PATRUM.

E. AUDOS.

1. Si quis vult placere omnibus per omnia, querat non quod sibi utile est, sed quod multis, sicut querebat et Paulus. Lib. 3, *Offic.*, cap. 3.

2. Nullus placere Deo, sine Deo potest. Lib. 4 de *Vocet. gent.*, cap. 3.

S. ANTONIN.

3. Potest quis placere alteri quadrupliciter. Primo ad Dei honorem et gloriam procurandam; secundo, ad ejus benevolentiam habendam; tertio, propter proximorum utilitatem faciendam; quarto, propter inanem gloriam sui, vel ad decipiendum eum, vel aliquod illicitum consequendum. Part. 2, tit. 10, de *Mendacio*, cap. 2, § 1.

4. Fere non est homo in mundo, qui tantum studeat placere Deo: quantum mulier, etiam medicis, suis vanitatibus studet hominibus placere. Part. 3, tit. 1, cap. 25.

S. AUGUST.

5. Videat cui placeat, qui Domino placeat: et utique tanto est beator, quanto plus placet ei. *D. Bono viduit.*, cap. 19.

6. Amate ardentius, cui placetis attentius. *De sancta Virginitate*, cap. 27.

7. Qua gravior offensio, quam ut superbia illi displiceas, qui propter te superbis displicuit? *Ibid.*, cap. 38.

8. Vis Deo placere? non potes quamdiu deformis es; quid facies, o anima, ut pulchra sis? prius tibi displiceat deformitas tua, et tunc ab illo ipso, cui vis placere pulchra, mereberis pulchritudinem. Super *Psaln.* ciii, conc. 1, vers. 2: *Decorem induisti.*

9. Breve preceptum est; ille placet Deo, cui placet Deus. Super *Psaln.* xxxii, vers. 4, conc. 1.

10. O error horrendus! ilane, o Caipha, ut placeas Deo, percussis placentem Deo? o execrabilis cecitas! Tract. 39, super *Evang. Joan.*, de cap. xvi.

11. Periculosum est sibi placere, cui cavendum est superbiere. *Ibid.*, tract. 58, de cap. xiii.

12. Tolle de me quod mihi nocet, et tibi displicet: et da quod nos tibi placere et mihi prodesset. In *Medit.*, cap. 36.

13. Semper tibi displiceat quod es, si vis pervenire ad quod nondum es: nam tibi tibi placuisti, tibi remanisti. *De Verb. Apost.*, serm. 15.

14. Deus perverso non placet; vis ut placeat tibi Deus? noli tibi placere. *Serm. 2, Dom. 19, post Trin.*

15. In Dei servitio placere perfecte, sola libertas est. *De quant. animae*, cap. 24.

16. Computru coram oculis tuis placens mihi, et placere cupiens oculis hominum. Lib. 2, *Conf.*, cap. 1.

17. Non recte in vitio displicet, nisi quia vitiat

quod in natura placet. Lib. 3, de *Libero arbit.*, cap. 13.

18. Si animus placet tibi, tanto fit minor, quanto se cupit esse majorem. *Ibid.*, cap. 25.

19. Si placet corpora, Deum ex illis lauda. Lib. 4, *Conf.*, cap. 14.

20. Si placet anime, in Deo amentur. *Ibid.*, cap. 12.

21. Placere querebam hominibus, non ut eos docerem, sed tantum ut placerem. *Ibid.*, lib. 6, cap. 6.

22. Qui placet hominibus, non ab ipsis suam gloriam querens, sed Dei, ut salvi fiant: non jam hominibus, sed Deo placet. Aut certe cum et Deo placet simul et hominibus, non utique hominibus placet. In *Exposit. super Epist. ad Galat.*, cap. 1.

23. Qui hominibus propter veritatem placet, non ipse illis, sed veritas placet. *Ibid.*

24. Quando diabolo placeamus, displicemus Deo. *Annot. in Job*, cap. 31.

25. Placere tibi Deus qualis est, non quemlibet illum esse vis: perversus enim es, et talem vis esse Deum, qualis es, non qualis est. *Prose.*

26. Si autem placet tibi qualis est, corrige: placet tibi Deus qualis est. *De decem chordis*, cap. 8.

27. Tolle de me quod mihi nocet, et tibi displicet, et da quod nos tibi placere, et mihi prodesset. Lib. *Medit.*, cap. 36.

28. Glorie contemptores sibi sapientes videntur, et sibi placent. Lib. 5 de *Civiti. Dei*, cap. 20.

29. Homo fit superbus, cum sibi nimis placet: sibi vero ita placet, cum ab illo bono immutabili deficit, quod ei magis placere debuit, quam ipse *Ibid.*, lib. 14, cap. 13.

30. Salubrius Petrus sibi displicuit, quando flevit, quam sibi placuit, quando presumpsit. *Ibid.*

31. Per ignorantiam malum, quasi bonum placet. Lib. 1, ad *Bonifac.*, cap. 13.

32. Qui naturali lege sunt justi, placent Deo, et ex fide Christi placent. Lib. 4, *contra Julian.*, cap. 3.

33. Da quibus operibus tibi placeam. Lib. *Medit.*, cap. 2.

34. Qui sibi placet, stulto homini placet: quia ille ipse stultus est, cum sibi placet solus: solus securus placet, qui Deo placet: et quis est qui Deo placet? cui placuerit Deus. *Prose.*

35. Displicere sibi Deus non potest: placet et tibi, ut placeas illi: sed tibi ille placere non poterit, nisi tu tibi displicueris. Super *Psaln.* cxlii.

36. Nulli studeas placere in vita tua, nisi soli Deo. Apud Bedam, tom. in suis *Scintillis*, cap. 11.

V. BEDA.

37. Facile offendit, qui non optimis, sed pessimis placere cupit. In suis *Proverb.*, verbo *Facile*.

38. Licet multis vita tua placeat, tibi placere non debet. *Ibid.*, verbo *Licet*.

39. Stultum valde est, si his placere querimus quos non placere Deo scimus. *Ibid.*, verbo *Stultum*.

S. BERNARD.

40. Qui non placet Deo, non potest illi placere Deus: nam cui placet Deus, Deo displicere non potest. *Serm. 24, super Cant.*

41. Audis cui places, ama unde places. *Epist. 113.*

42. Non potest bonus non esse, qui bonis placet. *Epist. 248, ad Eugen. Pap.*

43. Nullam invenit requiem, qui sibi placere cupit, et suis. In *Declamat.*

44. Qui sibi displicet, Deo placet. *De Inter. domo*, cap. 28.

45. Tanto majori studio placendi opus est, quanto est major ille cui placendum est. Lib. de *Passione Dom.*, cap. 29.

46. Nunquam vultum tuum componas ut hominibus placeas: sed interiori orna faciem conscientie tue bonis virtutibus, ut Jesu Christo celestis placere valeas. *Serm. 64, ad Sororem.*

47. Qui plus desiderat placere hominibus, quam Christo, nec Christum perfecte diligit, nec a Christo diligitur. *Ibid.*

S. BONAV.

48. Stultus est, qui stulte placere laborat. *De Inst. Navit.*, cap. 10.

49. Nullius opus placet Deo, nisi placeat ipse prius. Lib. 6, *Compend. theolog. verit.*, cap. 15.

CASSIODOR.

50. Ipse Domino placet, qui sibi displicet: quia cum nos culpamus, veriloquium est: cum nos volumus laudare, mendaciam. Super *Psaln.* xxxi.

S. CYPRIAN.

51. Illic placere hominibus non licet, ubi voluntas hominum non capit Domini voluntatem. *De singularit. Clericor.*, cap. 5.

EVAGRICUS.

52. Ad hoc ut Deo quis placeat, nihil interest quo loco degat. *De octo vitiosis cogit. de Pigritia.*

S. EUSEBIUS

53. Qui placiturus est Deo, ipse sibi displicet. *Homil. de Penitentia Niniivitar.*

EMISSEN.

54. Placere Deo non poterit, quod non ad normam voluntatis ejus correctum fuerit. Super *Levit.*, cap. 2.

GLOS. ORD.

55. Ille placet Deo, qui fidem rectam, quam habet, executione virtutum, et perfecte operationis decorat. Super illud 1 *Thessal. iv: Et placere Deo*, etc.

S. GREGOR.

56. Placere Deo et hominibus, consummate perfectionis est: tam Deo quam hominibus placere, magna virtus est. Lib. 2, in 1 *Reg.*, cap. 3, super illud: *Non audierunt vocem*, etc.

MAGNUS.

57. Tam Deo, quam hominibus placet, qui sic Deo placere curat, ut de Dei ministerio aliquem non offendat. *Ibid.*

58. Qui perfecte placere Deo desiderat, sibi de se nihil relinquit. Lib. 10 *Moral.*, cap. 4, num. 6.

59. Habet hoc humana infirmitas proprium, ut plus ei intueri libeat quod sibi in se placet, quam quod sibi in se displicet. *Ibid.*, lib. 22, cap. 5, num. 7.

60. Si hominibus placerem, Christi servus non essem. Placet Paulus, et non placet: quia in eo quod placere appetit, non se; sed per se hominibus placere veritatem querit. Part. 2, *Pastoralis*, cap. 8.

61. Hoc certissimum scito, quod placere Deo, et pravis hominibus nullus potest. *Prose.*

62. Intantum ex eo existimel fraternitas tua Omnipotenti Deo placuisse, quantum se perversis hominibus displicuisse cognoverit. Lib. 8, in *Registro*, indict. 3, cap. 36, epist. 36, ad *Maxim. episc. Salonitan.*

63. Quidquid est unde Deo placeas, facere non omittas. *Ibid.*

64. In omni opere ante omnia Deo placere studeamus. *Prose.*

65. Non enim primum placendum est hominibus, sed primum placere debemus Deo, deinde hominibus, non ob nostram gloriam, sed ut ipsi homines placeant Deo, cui nos placere viderint, *Serm. 2, Fer. 2 Pascha.*

66. Desit placere hominibus, qui servus factus est Christi. *Epist. 2, ad Negotian.*

67. Nescio quomodo plus placent mundo, qui Christo displicent. *Epist. 13, ad Paulin.*

68. Plures hoc ipso cupiunt placere, quod placere contemunt, *Epist. 22, ad Eustoch.*

69. Prima virginitas cura, primumque stadium est scire voluntatem Domini sui, et quid ei placeat, quidre displiceat, diligenter inquirere. *Prose.*

70. Impossibile est ei quemquam placere, qui quid placeat, ignorat. *Epist. 1, ad Demetriad.*

71. Ille servus domini placet, qui ita aliquid ulro operis exercet, ut tamen etiam imperata perficiat, qui non facit aliud pro alio, sed utrumque, nec mutat, sed addit obsequium. *Ibid.*

72. Illi tantum placere stude, cui saepe displicet quod hominibus placet. *Ibid.*

73. Qui merito suo viles placere non possunt, placere volunt in comparatione pejorum. *Ibid.*

74. Tanto majore placendi studio opus est, quanto major est ille, cui placendum est. *Ibid.*

75. Ille absque invidiam infectione esse non poterit, qui soli Deo placere gesserit. In *Regula monachorum*, cap. 19, de *Leude et detract.*

76. Difficile, imo impossibile est, omnibus placere. Lib. 11 super *Isai.*, in *Proemio.*

77. Si fieri potest, ut pariter et Deo et homini-

MAYMO.

S. HIERON.

bus placeamus, placendum est hominibus: sin autem aliter non placemus hominibus, nisi Deo displiceamus, Deo magis quam hominibus placere debemus. Lib. 1, super *Epist. ad Galat.*, cap. 1, in illud: *Quæro hominibus placere.*

HUGO A S. VICTORE. 78. Christianus placere debet Domino, non vestibus, sed moribus. Super *Regul. D. August.*, cap. 6.

HUGO CARD. 79. Ille placet Deo, qui factus est per gratiam, amicus ejus. Super *Sapient.*, cap. 4.

80. Plus placet Deo interiora, quam exteriora: exteriora enim non placent, nisi propter interiora. Super *Epist. ad Galatas*, cap. 3.

S. JOANNES CHERYSOST. 81. Anime fortis et constantis est, nihil facere ut homini placeat. Homil. 23, super *Gen.*

82. Tolle hoc vitium de Clero, ne velint hominibus placere, et sine labore omnia vitia rescantur. Homil. 43, super *Matth. Oper. imperf.*

83. Non propter spem regni ecclesie, sed ut Deo placeat, viro bono est laborandum. Homil. 43, super *I Cor.*

84. Placere Deo quovis etiam regno præstantius est. *Ibid.*

85. Si proprio placere vis viro, aliis ne cura ut placeas: si vero aliter placere vis, non potes placere tuo. Præterea ne placere velis viro unde placet et scorta, sed magis unde placent mulieres libere. Serm. 10, super *Epist. ad Coloss.*

S. ISID. BISP. 86. Flenda est ruina, qua sibi quisque magis quam Deo placere studeat. Lib. 3 de *Sum. bono*, cap. 23, sent. 1.

S. PAULIN. 87. Beata esset nostra conditio, si æque Deo ut hominibus vel displicere timeremus, vel curaremus placere. *Epist. ad Athelium episcopum.*

PETR. BLES. 88. Non potes placere Deo et mundo: displicet mihi, si ut mundo placeas, Deo displicere non times. *Epist. 131, ad Quemdam Priorem.*

89. Studeas illi placere modis omnibus, quibus potes: qui te talum facere dignatus est, ut placeas. *Ibid.*, de *Charitate*, cap. 21.

S. PETRUS DAMIANUS. 90. Unum est quod mens ejusque fidelis debet assidue et soleriter attendere, et intra semestrum sollicita semper inquisitione versare, scilicet utrum placeat Deo quod agit: quid enim prodest quicquid faciat homo, si hoc non placeat Deo? Lib. 5, epist. 3 ad *Quendam Archiepiscopum*.

PHILOJUD. 91. Si qui Deo displicent, sunt miseri: quibus placere conat, proculdubio felices erunt. De *Abrahamo.*

S. PROSPER. 92. Pax super ipsum est, cui Deus semper placet. Super *Psalin.* cxxiv, vers. ult.

S. THOMAS AQUINAS. 93. Si quis in hoc mundo vult multis gratis haberi,

Det, capiat, quaerat, plasima, pauca, nihil, 2, 2, quest. 117, art. 4.

94. In omnibus bonis que agit et dicis, Deo placere studeas: qui autem sibi placet, stulto placet, et Deo displicet. In *Valle Iltiorum*, cap. 7, sect. 2.

95. Discat prius displicere seculo, qui placere vult Christo. Homil. 17, de *Bono martyrii.*

SENTENTIE PAGANORUM.

96. Maluerim veris offendere, quam placere adulando. Lib. 2, de *Clement. ad Neron.*, cap. 2.

97. Nunquam volui populo placere: nam que ego scio, non probat populus; qua probat populus, ego nescio: quis enim placere potest populo, cui placet virtus? *Epist. 29.*

98. Quid stultius, quam aliquem eo sibi placere, quod ipse non fecit? *Epist. 74.*

99. Placeat homini quidquid Deo placet. *Ibid.*, 400. Non quam multis, sed qualibus placeas, cogita. De *Quatuor virtutibus.*

101. Non quam multis placeas, sed quibus stude. De *Moribus.*

102. Maximum in eo vitium est, qui non melioribus vult placere, sed pluribus. *Ibid.*

103. Multitudini placere, ne satagas. Sent. 101, vide etiam tit. *Colere*, sent. 53; *Deliciae*, sent. 44; *Displicere*, fere per totum. *Egredi*, sent. 133; *Fama*, sent. 18; *Luctus*, sent. 12; *Opus*, sent. 54; *Ornatus*, sent. 63; *Persona*, sent. 42; *Potestas Dei*, sent. 57; *Pudicitia*, sent. 25; *Remuneratio*, sent. 34; *Servire Deo*, sent. 7; *Stultitia*, sent. 47.

POENA.

Definitio. Poena est supplicium, quo quis ob delictum afficitur.

SENTENTIE PATRUM.

1. Impius ipse sibi poena est, justus autem ipse sibi gloria: et utrique aut honorum aut malorum operum merces ex seipso solvitur. Lib. 1 *Offic.*, cap. 12.

2. Omnis poena, si justa est, peccati poena est, et supplicium nominatur. *Prosec.*

3. Si autem injusta est poena (quoniam poenam esse nemo ambigit) injusto alio dominante homini imposita est. Lib. 4, *Retraetae*, cap. 9.

4. Est justitia pulchritudo, cum benignitatis gratia concordans, ut quoniam bonorum inferiorum dulcedine decepti sumus, amaritudine poenarum erudiamur. De *Vera Religione*, cap. 15.

5. Qui injuste se ordinat in peccatis, justo ordinatur in poenis. *Epist. 120, ad Honorat.*

6. Quisquis poenas non vult there pro peccatis, inimicus est æquitate. Lib. 7 de *Genesi ad litt.*, cap. 26.

7. Poena proprie dicitur læsio, qua punit et vindicat quod quisque commisit: illa igitur po-

THOMAS A KEMPIS.

S. VALER. EPISC.

SENECA.

SIXTUS PHILOSOPH.

COLLETO.

S. ANTON.

S. AUGUST.

S. BERNARD.

nam tenet, qui semper punit quod commisisse dolet. De *Vera et falsa poena*, cap. 19.

8. Qui solus est sine culpa, solus est et sine poena: sed quoniam nullus est sine culpa, ideo nullus sine poena vivere debet. Serm. 24, ad *Frates in eremo.*

9. Ubi major poena, major victoria est. *Ibid.*, serm. 45.

10. Nemo injuste poenas luit. Lib. 1, de *Lib. arbit.*, cap. 4.

11. A Deo poenam meremur aut premium. *Ibid.*, lib. 2, cap. 1.

12. Diversitate poenarum, diversitas agnoscitur meritum. *Epist. 162.*

13. Peccantum justa poena sequitur. Lib. 8, *Confess.*, cap. 5.

14. Diaboli, quos invenerint sui similes, secum ad poenas trahunt. De *Agone Christ.*, cap. 2.

15. Juste mali poenas patiuntur. *Ibid.*, cap. 7.

16. Nullus cruciatus poenarum temporalium potest sempiternis iniquorum cruciatibus comparari. De *Catech. rad.*, cap. 24.

17. Si unum omne peccatum manifesta plecteretur poena, nihil ultimo judicio reservari putaretur. Lib. 1 *de Civit. Dei*, cap. 8.

18. Non quisquam de vitis naturalibus, sed de voluntariis poenas luit. *Ibid.*, lib. 12, cap. 3.

19. Barissimi sunt, qui nullas in hac vita, sed tantum postea poenas luant. *Ibid.*, lib. 21, cap. 14.

20. Nullus debita poene accipit veniam, nisi qualemcumque solverit poenam. De *Continent.*, cap. 6.

21. Omnis deus sive per poenas, sive per premia justitia moderate disponit. *Contra Adimant.*, cap. 17.

22. Comes morienti, aut vita erit, aut poena. De *Episcar.*, cap. 6.

23. Bonam voluntatem sequitur corona, malam sequitur poena. Lib. 2 de *Actis cum Felice*, cap. 12.

24. Nascitur proles ad poenam, nisi renascatur ad vitam. Lib. 1 *de Nuptiis*, cap. 17.

25. Qualis et quanta poena cuique culpæ debetur, divini iudicii est non humani. De *Natura boni*, cap. 9.

26. Tolera malum bonus, ut venias ad premia bonorum, ne mittaris in poenam malorum. Tract. 50, super *Joan.*

27. Productior est poena quam culpa, ne parva putaretur culpa, si cum illa finiretur et poena. *Ibid.*, tract. 124.

28. Par esse non debet poena, ubi dispar est causa: et dispar esse non debet poena, ubi par est causa. *Epist. 326, ad Abbat. Lessensem, pro reconciliatione fratris Roberti.*

29. Justum est ut qui æternaliter peccato perfrui voluit, æternaliter poenam inveniat: et quorum voluptas non habuit finem peccandi, non habeat finem torquendi. Super *Luce.*, cap. 6, in illud: *Eadem mensura*, etc.

30. Vere levis reputanda est omnis poena, qua evaditur æterna: levis est enim parum spina pungi, quam gladio occidi. Serm. 4, in *die Ciner.*

31. Poena præsens, si afflicti animum convertit, finis est culpæ præcedentis: si tamen ad timorem minime convertit, initium est poenæ sequentis. Serm. 4, *Dom. 2, post Pascha.*

32. Tanto quisque poenam facilius et acrius sentit, quanto natura est vivacior. In *Fasciculario*, cap. 8.

33. Solatium est miseris, socios habere poenarum. Lib. 3, *Compend. theol. verit.*, cap. 7.

34. Gravior poena est, que usque ad interiora descendit. Super *Psalin.* xxxvii, vers. 3.

35. Justi poena non patientis culpæ, sed facientis invidia est. Super *Psalin.* xl, vers. 8.

36. Dignus est male, imo pejus tractari ab aliis qui alios prior male tractavit. In *Elucid.* super cap. xxxi, *Job.*

37. Poena impii, crudelitas est justis. Super illud *Genes. xix: Versa est in stivam salis.*

38. Beatus vero, qui hic poenas dedit scelerum: futurus non habebit. Super illud *Job 5: Beati homo qui corripitur.*

39. Qui sibi nunc in culpa parci, ei postmodum in poena non parciunt. Lib. 11 *Moral.*, cap. 17.

40. Poena interrogat, si quietus quis veraciter amat. In *Profat. exposit.*, super cap. ur *Job*, num. 5.

41. Solos poena a supplicio liberat, quos immutat: nam quos presentia mala non corrigunt, ad sequentia perducunt. Lib. 9 *Moral.*, cap. 24.

42. Poena interrogat, si veraciter cognoscimus culpam. *Ibid.*, lib. 24, cap. 6.

43. In poena sua oculos aperit, quos in culpa clausos tenuit. Lib. 25 *Moral.*, cap. 3.

44. Iniquus sepe, qui poenam quam meretur, repente non suscipit: hoc ipsum Deo non æstimat displicere quod facit. *Ibid.*

45. Nunquam culpam suam reprobi, nisi in poena cognoscunt: et quia poena differitur, culpa despiciunt. *Ibid.*, cap. 7.

46. Omne quod hic agitur, poena et miseria est. *Ibid.*, lib. 11, cap. 26, super illud *Job xiv: Brevis vivens tempore.*

47. Poena præsens, si animum afflicti convertit, finis est culpæ præcedentis: si autem ad timorem Domini minime convertit, initium est poenæ sequentis. Lib. 9 in *Registro*, indict. 3, cap. 25, epist. 25, ad *Venerandum episcopum Syracusan.*

S. BONAV.

CASSIODOR.

FRANCISCUS TITELA.

GLOSS. INT.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR. MAGNUS.